Relaz.
II

B. R.
342
BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE

1814.
No. 4.

B. R. 342

Vit. Rhetor.

Polemo - Hieronym.
Troilus - Fab. 14 8.
Aristid. - Elias ad Nazianz. 383. a.
Not. ad. Sidon. de Tatiano v. Isidorian. 2.413.
Fronto - Plin. Ep. l. 2. ep. 11. bis, qui tamen propter tempor. ration. de al. Frontone ītelligendus.
Aristides - Olympiodorus Vit. plat. p. 587. 586.

# Commentarii

De Vita, et Scriptis

Rhetorum quorumdam,

Qui secundo post Christum saeculo,
Vel primo declinante vixerunt,

Auctore Jacobo Leopardi,

Qui et selecta Veterum Opuscula ad calcem adjecit,
Et Observationibus illustravit.

---

1814.

BIBLIOTECA NAZIONALE

# Auctor
# Lectori.

Rhetorum secundi post Christum saeculi litterariam hoc libello historiam illustrare, propositum mihi animo fuit: quod quonam modo praestare conatus sim, paucis exponam. Oratores primum selegi celebratissimos, Dionem Chrysostomum, ac Aelium Aristidem, Graecos; Latinum, Cornelium Frontonem: quibus accessit Graecus magni nominis Rhetor, Hermogenes. Gesta horum, et scripta, qua licuit diligentia persequutus, Commentarium de singulis composui. Dionem eloquii facundia clarissimum, quamvis saeculo primo maximam egerit vitae partem, haud praetereundum tamen existimavi, videtur enim quodammodo ante omnes secundi saeculi Rhetores gloriae stadium ingressus, viam caeteris ad immortalitatem ostendisse. Nec de quatuor illis tantum Rhetoribus, quamvis suo tempore fortasse praecipuis, agere sat fuit; sed de aliis etiam data occasione obiter dissertum est, in quibus sunt Polemo, et Herodes Atticus, eruditis quibusque notissimi. Commentarios excipiunt brevissima veterum opuscula quatuor, ea lege selecta, ut unumquodque ad Rhetorum secundi saeculi historiam illustrandam aliquid conferret. Primo ex ipsis occurrit Philostrati de epistolis conscribendis epistola, in qua plures epistolarum scriptores memorantur, cum nova latina versione, et respondentibus ad aliorum opusculorum calcem observationibus. Secunda exhibetur epistola Theophylacti, denuo post Petrum Massari latine versa; cujus locum insignem de auctore libri περὶ ἑρμηνείας = de eloquutione = omni studio illustrare curavi, ab eo motus, quod auctor ille viris quibusdam doctissimis secundo saeculo vixisse videtur. Posteriori loco ὑπόθεσις, sive argumentum Athenaei Deipnosophistarum, cum nova item interpretatione reperitur. Hoc sequitur prima Sidonii Apollinaris epistola; hanc vero subeunt Observationes in opusculum quodlibet. Tandem, quo magis studiosorum commoditati foret consultum, subjectus est index virorum omnium doctrina illustrium, de quibus in elucubrationibus hisce meis, sive data opera, sive obiter actum est. Haec monere juvabat.

# Index.

## I.

## De Vita, et Scriptis Dionis Chrysostomi Commentarius.

pag.

§. I. Introductio. 1.

§. II. Dionis nomina. 2.

§. III. Dionis Patria. 3.

§. IV. Dionis genus, et Consanguinei. 5.

§. V. Dionis aetas prima, et philosophandi institutum. 8.

§. VI. Dionis Discipuli, et familiares. 11.

§. VII. Dionis peregrinationes. 14.

§. VIII. Dio, Nervae, et Trajano charus. 17.

§. IX. Erga Patriam a Dione patrata. 20.

§. X. Dionis mors, et corporis habitus. 23.

§. XI. Dionis laus, et fama. 24.

§. XII. Dionis Scripta, quae extant. 34.

§. XIII. Dionis Scripta deperdita. 54.

## II.

## De Vita, et Scriptis Aelii Aristidis Commentarius.

§. I. Aristidis Nomina. 65.
§. II. Aristidis Pater, et Patria. 66.
§. III. Aristidis aetas, et nativitas. 70.
§. IV. Aristidis Praeceptor, Polemo. 71.
§. V. Aristidis Praeceptor alter, Herodes Atticus. 74.
§. VI. Aristidis Praeceptores alii. 78.
§. VII. Aristidis familiares, et discipuli. 81.
§. VIII. Aristidis infirmitates, et itinera. 83.
§. IX. Aristides, vivens honoribus adfectus. 87.
§. X. Aristidis aemuli, et in eo reprehensa. 89.
§. XI. Aristidis mors, et laus. 94.
§. XII. Aristidis Scripta, quae extant. 100.
§. XIII. Aristidis Scripta deperdita. 120.

## III.

## De Vita, et Scriptis Hermogenis Commentarius.

§. I. Hermogenis Patria, et Nomina. 131.

§. II. Hermogenis Majores. 133.

§. III. Hermogenis adolescentis doctrina. 134.

§. IV. Hermogenis Discipuli. 136.

§. V. Hermogenis ingenii defectio, ejusque mors. 138.

§. VI. Hermogenis fama. 140.

§. VII. Hermogenis Scripta, quae extant. 142.

§. VIII. Hermogenis Scripta deperdita. 145.

§. IX. Utrum ex Apsine, et Minuciano in scribendo profecerit Hermogenes. 148.

§. X. Scholiastae Hermogenis editi. 153.

§. XI. Scholiastae Hermogenis inediti. 159.

§. XII. Scholiastae Hermogenis deperditi. 165.

§. XIII. Graeci alii, qui in Hermogenem scripserunt. 167.

## IV.

## De Vita, et Scriptis
## M. Cornelii Frontonis
## Commentarius.

§. I. Frontonis Nomina. 175.

§. II. Frontonis Patria, aetas, et genus. 177.

§. III. M. Cornelius Fronto, cum Frontone Rhetore Emiseno male confusus. 180.

§. IV. Fronto sub Hadriano. 184.

§. V. Fronto M. Aurelii Antonini, et L. Veri magister. 186.

§. VI. Fronto, vivens honoribus mactatus. 189.

§. VII. M. Cornelii Frontonis Consulatus, cum illo M. alterius Julii Frontonis, vel Sexti Julii Frontini male confusus. 192.

§. VIII. Frontonis familiares. 197.

§. IX. Frontonis mors, et posteri. 200.

§. X. Frontonianae eloquentiae character. 204.

§. XI. Frontonis laus. 206.

§. XII. Frontonis Scripta, quae extant. 208.

§. XIII. Frontonis Scripta deperdita. 213.

# Veterum
# Opuscula selecta.

Philostrati Epistola. 221.
Theophylacti Bulgariae Archiepiscopi Epistola. 224.
Argumentum Athenaei Deipnosophistarum. 228.
C. Sollii Apollinaris Sidonii Epistola. 234.

## Observationes.

Observationes in Philostrati Epistolam. 239.
Observationes in Theophylacti Bulgariae Archiepiscopi Epistolam. 245.
Observationes in Argumentum Athenaei Deipnosophistarum. 253.
Observationes in C. Sollii Apollinaris Sidonii Epistolam. 259.

# I

# De Vita, et Scryptis
# Dionis Chrysoſtomi
# Commentarius.

# De Vita, et Scriptis
# Dionis Chrysostomi

## §. I.

### Introductio.

Inter maxima litterarum lumina, quae prima post Christum saecula, harum opum ditissima, tulere, haud parvum profecto fulsit Dio, Oratoris laude percelebris, nobilique fama apud studiosos omnes notissimus. Cujus memoriae ut sit, qua decet, cura consultum, opus est ejusque genus inquirere, factaque prosequi, et relicta ingenii monumenta recensere. Quod praestare utile imprimis existimo. Siquidem ~~doctissimorum Virorum~~ exempla recolere, solet viventibus doctrinae praebere incitamenta. Hinc laudis, hinc gloriae studium, hinc aemulae mentis contentio. Quis enim et infoecundas gloriae, et laudum expertes Sapientiam vocet, et litteras? Et quis Dionem nostrum, quem Chrysostomi nomine vetusta aetas donavit, non insigne scientiae dicat exemplar?

## §. II.

### Dionis Nomina.

De Dinonis, et Dii nominibus, cum illo Dionis interdum confusis, non hic repetam quae adnotavit vir doctus, Hermannus Samuel Reimar. (1.) Dionis nomen pro quovis homine sumi videmus in Galeno, Simplicio, (Simplicius, 2.) et Graecis ad Hermogenem Scholiis, quod Reimar haud notavit. Proprio Dionis nomini, auctori nostro, Cognomentum Chrysostomi adcessit, de quo mihi infra dicendum. Coccejanus vocatur Dio noster a Plinio juniore; (3.) et Trajano, in epistola, qua epistolae Plinii respondet: Dionem enim Chrysostomum, non alterum ab isto diversum; ut male Tillemont, (4.) aliique putarunt; a Plinio innui, recte monuit Valesius, (5.) e cujus conjectura, Coccejani

---

(1.) Reimar, De vita, et Script. Cassii Dionis Commentar. §. 1.

(2.) Simplicius, ad Aristotel. Phys.

(3.) Plinius, Epistol. Lib. 10. Epist. 85.

(4.) Tillemont, Hist. des Emper. as Emp. Alexandre Severe art. 27.

(5.) Valesius, ad Dion. Cass. Excerp. ex Collectan. Constantini Aug. Porphyrogenet.

nomen sumpsit Dio, in gratiam Cocceji Nervae, cui charus admodum fuit. Sed de hoc alibi. Valesii conjecturam probat Fabricius, (6.) et acutam vocat Reimar, (7.) qui Chrysostomum Dionem, cum illo, quem Plinius memorat, eumdem existimat. (8.)

## §. III.

### Dionis Patria.

Patria Dioni Prusa fuit, Bithyniae civitas. Constat tum ex ejus operibus, tum ex auctoribus plurimis. Bithynum eum vocant Eunapius, (9.) et Themistius: (10.) Prusaeum Philostratus, (11.) Synesius, (12.) Photius, (13.) Tzetzes, (14.) et Luciani Scholiastes. (15.) Non praetereundus

---

(6.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 4. Cap. 10. §. 1.
(7.) Reimar, De Vita, et Script. Cas. Dion. Commentar. §. 4.
(8.) Idem, l. c. §. 1. 2. 4. (9.) Eunapius, Prooem. ad Vit. Sophis.
(10.) Themistius, Orat. 13.
(11.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. I. in Vita Dionis.
(12.) Synesius, in Dione, vel de ipsius vitae instituto.
(13.) Photius, Biblioth. Cod. CCIX.
(14.) Tzetzes, Chiliad. XI. ver. 726.
(15.) Scholiastes Luciani, ad Hermotim. sive de Sect. et ad Dial.

locus Plinii junioris, qui antequam Dionem Coccejanum memoret, Prusam nominat: = Cum Prusae ad Olympum, Domine, publicis negociis intra hospitium, eodem die exiturus vacarem, Asclepiades magistratus indicavit, appellatum me a Claudio Eumolpo: cum Coccejanus Dion in Bule adsignari civitati opus, cujus curam egerat vellet. = Porro duos simul Diones confudisse puto Joannem Xiphilinum, qui in Dionis Cassii epitome ait: λέγω γὰρ τοῦτο οὐκέτι ὧς ὁ Δίων ὁ Προυσαεὺς, ὁ ἐπὶ τοῦ Σευήρου, καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν αὐτοκρατόρων γενόμενος· ἀλλ’ ὧς Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος.... τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τῶν πολλῶν βιβλίων τοῦ Δίωνος συνταττόμενος = Hoc enim non dico sub Dionis Prusaei nomine, qui sub Severo, et Alexandro Imperatoribus vixit, sed ut Joannes Xiphilinus.... istam multorum Dionis librorum componens epitomen. = Ubi Prusaeus dicitur Dio Cassius, quaem Nicaenum fuisse certo constat. Clarissimus Nicolaus Falconi (16.) sic dictum putat Dionem Historicum, ab ejus matris patria, quae Prusa forte fuit, sed rationem hanc, quam longius petitam vocat, non valde probat Reimar, (17.) libentius Sylburgium

---

de morte Peregrini. (16.) Falconi, a Prolegom. ad Q. Cas. Dion. Cap. II. §. 3. (17.) Reimar, De vita, et Scrip. Cas. Dion. Com=

(18.) audiens, qui vel delendam vocem Προυσαεὺς = Prusaeus =, nulla alia addita, vel deletae substituendam vocem Νικαεὺς = Nicaenus = arbitratur. Attamen fateor, hujusmodi emendationem non valde me probare, dicendum enim potius puto, errasse Xiphilinum, quam librarios. Rectissime monet eruditus vir, Joannes Rendtorfius, (19.) male Criticos suas partes gerere, = qui omnes errores veterum in Libris extantes Librariis semper, et saepe sine ulla ratione, adscribunt, quum ipsi auctores, non amanuenses interdum aberraverint. = Si enim tam saepe errant recentes Scriptores, cur non et veteres errasse putandum?

## §. IV.

### Dionis genus, et Consanguinei

Genus Dioni valde nobile fuit. Avum suum Romana civitate ab Imperatore donatum testatur ipse Dio, (20.)

---

mentar. §. 1.

(18.) Sylburgius, ad Xiphilin.

(19.) Rendtorfius, ad Anatol. fragment. de iis, quae antipath. et sympath. fiunt.

(20.) Dio Chrysostomus, Orat. 41.

qui et Orationem eum scripsisse refert, ut ab Imperatore libertatem patriae impetraret. (21.) Patrem Dio habuit Pasicratem, cujus mentio est in Photio, (22.) et quem ἄνδρα ἀγαθὸν = bonum virum = vocat Dio, (23.) testatus eum in patria magistratum gessisse. Matrem, et fratres, honoribus a Prusaeis adfectos, ipse memorat Dio, (24.) itemque patruelem, ac sororem, (25.) quam denatam ante illum constat. Patruum Dioni fuisse Cassium Asclepiodotum, nulla nixus ratione suspicatus est Falconi, (26.) qui similiter Dioni Chrysostomo, ejusque patri, et avo Cassii nomen ex propria liberalitate largitus est, inde colligens, Dionem nostrum Historici Dionis Cassii paternum avum fuisse. Dionis quidem Chrysostomi nepotem extitisse Dionem Cassium putaverat Fabricius, (27.) Valesium, (28.) ut arbi=

---

(21.) Idem, Orat. 43.

(22.) Photius, Biblioth. Cod. CCIX.

(23.) Dio Chrysostomus, Orat. 44.

(24.) Idem, l. c.

(25.) Idem, Orat. 47.

(26.) Falconi, Proleg. ad Q. Cas. Dion. Cap. 2. §. 2.

(27.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 10. §. 5.

(28.) Valesius, ad Dion. Cass. Excerp. ex Collectan. Constantini Aug. Porphyrogenet.

tror, sequens, qui Dionem Chrysostomum perinde ac Historicum adpellatum considerans, illum hujus avum maternum fuisse suspicatus est, precipue perinde cum ambo Bithyni fuerint, quamvis diversis urbibus orti. Reimar (29.) satis probabile dixit, in Dione Cassio = cognomen.. Dionis et Coccejani a Dione Chrysostomo., avo materno, sumtum fuisse. = Ut Chrysostomum, maternum potius avum, quam paternum Dionis Cassii vocaret, fecit haec ratio. Habuit quidem Chrysostomus filium, quem plusquam semel memorat, et de quo, veluti de viro, magistratu apud Prusaeos functo, loquitur Oratione quinquagesima. Ast filium hunc, fuisse Cassium Apronianum, Dionis Cassii patrem, qui non Prusae, sed Nicaeae habitavit, haud verisimile Reimar (30.) existimat, indeque, cum nondum demonstratum sit, Cassii nomine Dionem Chrysostomum, ejusque majores, et filium usos esse; et praeter illum, qui magistratu apud Prusaeos functus fuit, filium alterum habuisse Dionem Chrysostomum, Nicaeae commorantem; probabilius esse Reimar concludit, Chrysostomi non filium, sed generum fuisse Cassium Apronianum, atque Dionem = Historicum cognomina adcepisse, = ut multi alii, ab avo materno, qui filiam suam ex Prusa urbe nuptum de-

---

(29.) Reimar, De vita, et Scrip. Cas. Dion. Commentar. §. 4.
(30.) Idem, l. c.

derit Nicaeam Cassio laudato. = Qua in re a docti hujus viri sententia haud nobis recedendum puto.

## §. V.

### Dionis aetas prima, et philosophandi institutum.

Quo anno natus sit Dio noster, haud constat. Sub Nerone certe vixit, ut patet ex ejus scriptis. (31.) Quale Dioni fuerit philosophandi institutum docet Synesius, (32) qui eum imperitum antea Sophistam, Philosophum postea fuisse inquit: ὁ δὲ Δίων ἐξ ἀγνώμονος σοφιστοῦ, φιλόσοφος ἀπετελέσθη· τύχῃ δὲ μᾶλλον ἢ γνώμῃ χρησάμενος, τὴν τύχην αὐτὸς διηγήσατο = Dio autem ex imperito Sophista, Philosophus effectus est: et fortuna usus magis, quam consilio, fortunam ipse enarravit. = Hinc optat Synesius, (33.) philosophicas ejus Orationes a Sophisticis secerni, ne a Dione; qui ταῖς ὑποθέσεσι μάχεται αὐτὸς ἑαυτοῦ, λόγους ἐξενεγκὼν ἀπὸ τῶν ἐναντίων ἐνστάσεων = argumentis contra se ipsum pugnat, Orationes edens ex sibi invicem adversis institutis =; igna=

---

(31.) Dio Chrysostomus, Orat. 21. 31.

(32.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vitae instituto.

(33.) Idem, l. c.

rus Lector tenebris obducatur: οὕτω γὰρ ἂν, ait, εἴημεν τούς τε φιλοσόφους, καὶ τοὺς αὐτὸ τοῦτο σοφιστικοὺς λόγους δὲ διειληφότες ἑκατέρους χωρὶς, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ περιτευξόμεθα αὐτῷ, νῦν μὲν βάλλοντι Σωκράτην, καὶ Ζήνωνα τοῖς ἐκ Διονυσίων σκώμμασι, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἀξιοῦντι πάσης ἐλαύνεσθαι γῆς, καὶ θαλάττης, ὡς ὄντας κῆρας πολεών τε, καὶ πολιτείας: νῦν δὲ στεφανοῦντί τε αὐτοὺς, καὶ παράδειγμα τιθεμένῳ γενναίου βίου, καὶ σώφρονος = Sic enim Orationes philosophicas, et has ipsas sophisticas, alias ab aliis singillatim distingueremus, nec veluti in nocturno certamine circumcluderemur ab ipso, interdum quidem Socratem, et Zenonem Bacchanalium dicteriis petenti, eorumque sectatores, ut urbium, et reipublicae pestes terra, marique vexandos putanti; interdum vero ipsos coronanti, et tamquam nobilis, honestaeque vitae exemplum proponenti. = Sophistis a se passim reprehensis, invisus fuit Dio, ita enim ille de se ipso. (34.) ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅπως οὐδείς με ἀναλαμβάνει τῶν σοφιστῶν = Sed nescio quomodo sophistarum nemo me recipit. = Sophistis tamen illis; qui, ut Synesii (35.) verbis utar, φιλοσοφήσαντες, διὰ τὴν εὐστομίαν,

---

(34.) Dio Chrysostomus, Orat. 12.

(35.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vitae instituto.

ὑπὸ τῆς φήμης ἐς τοὺς σοφιστὰς ἀπηνέχθησαν = philosophantes, propter eloquentiam, fama inter Sophistas relati sunt =; Dionem nostrum connumeravit Philostratus, una cum Carneade, et Eudoxo, quocirca a citato Synesio (36.) reprehenditur. Dionem excusat Philostratus, (37.) quia Euboicum, et Psittaci encomium scripsit: τὸν δὲ Εὐβοέα, καὶ τὸν τοῦ Ψιττακοῦ ἔπαινον, καὶ ὁπόσα οὐχ ὑπὲρ μεγάλων ἐσπούδασται τῷ Δίωνι, μὴ μικρὰ ἡγώμεθα, ἀλλὰ σοφιστικά. Σοφιστοῦ γὰρ τὸ καὶ ὑπὲρ τοιούτων σπουδάζειν = Euboicum autem, et Psittaci encomium, et quaecumque de rebus non magnis a Dione composita sunt, haud parva existimemus, sed sophistica. Sophistae enim est iis etiam vacare. = De quo loco Synesius: (38.) ὅπερ γὰρ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτά φησιν ἀπολύων αὐτὸν αἰτίας συνθέντα ἔπαινον ἐπὶ Ψιττακῷ τῷ ὄρνιθι· σοφιστοῦ γὰρ εἶναι μηδὲ τούτων ὑπεριδεῖν· αὐτοῦ μὲν ἂν ἔλεγχος εἶναι δόξειε, προειπόντος, ὅτι τῶν συκοφαντουμένων ἐστὶν ὁ ἀνὴρ, ὅστις φιλόσοφος ὢν, εἰς τὸν σοφιστὴν ἕλκεται = Quod enim postea inquit excusans ipsum, quod ~~Eub~~ Psittaci laudem composuerit; (Sophistae enim esse ait, ne istas quidem res praeterire;) ratio videri potest eum arguens, quia antea dixerat,

---

(36.) Idem, l. c.

(37.) Philostratus, vit. Sophist. Lib. I. in Vita Dion.

(38.) Synesius, in Dione, vel de ipsius vit. instituto.

calumniatum hominem fuisse, qui Philosophus cum esset inter Sophistas trudebatur. = Quam ex philosophicis disciplinis selegerit Dio, docebit idem Synesius, (39.) cujus haec verba: Ὁ δ᾽ οὖν Δίων ἔοικε θεωρήμασι μὲν τεχνικοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ μὴ προσταλαιπωρῆσαι, μηδὲ προσανασχεῖν φυσικοῖς δόγμασιν, ἅτε ὀψὲ τοῦ καιροῦ μετατεθειμένος· ὄνασθαι δὲ τῆς Στοᾶς ὅσα ἐς ἦθος τείνει = Dio igitur technicis philosophiae praeceptis addiscendis non valde laboris impendisse videtur, nec circa physica dogmata toleranter operatum esse, ad quę vero conversus est; ex Stoa vero sumpsisse quae ad mores pertinent. = Audiamus et Philostratum: (40.) Ἦν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ τῆς ἄλλης φιλοσοφίας ἦθος οὐ κοινὸν, οὐδ᾽ εἰρωνίζον, καὶ ἐμβριθῶς μὲν ἐγκείμενον, κεχρωσμένον δὲ οἷον ἡδύσματι τῇ πρᾳότητι = Erat autem illi etiam alius philosophiae mos haud communis, vel simulatus, sed gravitate consistens, et quasi condimento benignitate compositus. =

## §. VI.

### Dionis Discipuli, et familiares.

Semetipsum vocat Dio noster: (41.) μαθητὴν οὐδέ=

---

(39.) Idem, l. c. (40.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. I. in Vita Dionis. (41.) Dio Chrysostomus, Orat. 12.

να ἔχοντα = discipulum nullum habentem. =. Sed hoc dixit forte Dio de se tantum jam sene, τῇ τε ἡλικίᾳ παρηκμακότι ἤδη = et qui jam aetate vigorem amiserat =, ita enim se ipsum antea vocaverat. Revera duos Dionis discipulos memorat Philostratus, Phavorinum, (42.) et Polemonem. (43.) Apollonium Tyanensem, et Euphratem Tyrium familiares habuisse Dionem, idem Philostratus (44.) auctor est: γενόμενος δὲ κατὰ χρόνους, οὓς Ἀπολλώνιός τε ὁ Τυανεὺς, καὶ Εὐφράτης ὁ Τύριος ἐφιλοσόφουν, ἀμφοτέροις μὲν ἐπιτηδείως εἶχε, καί τοι διαφερομένοις πρὸς ἀλλήλους, ἔξω τοῦ φιλοσοφίας ἤθους = Cum iis temporibus vixisset, quibus Apollonius Tyanensis, et Euphrates Tyrius philosophabantur, ambos familiares habuit, quamvis mutuo inter se dissidentes, praeter id, quod Philosophos decet. = Videndus ipse Philostratus in Vita Apollonii Tyanensis. (45.) Philosophum sese Dio noster ostendit, cum Vespasiano imperii abdicandi, et Reipublicae restituendae consilium praebuit, qua in re socium habuit Euphratem, adversum vero Apollonium, teste Philostrato. (46.) Euphratis

---

(42.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. I. in Vita Phavorini.

(43.) Idem, l. c. in Vita Polemonis.

(44.) Idem, l. c. in vita Dionis.

(45.) Idem, vit. Apollon. Tyanens. Lib. V. VIII. (46.) Idem, illius Tyrii extat elogium apud Arrianum, (47.) Plinium juniorem, (48.) et Eusebium, (49.) cujus verba adponere juvat: εἰ γὰρ ὁ Εὐφράτης παρὰ τοῖς πᾶσι φιλοσοφίᾳ διαπρέψαι ὁμολογηθείη, ὥρα μισοπονηρίαν μὲν ἐκείνου κατηγόρειν, ἐπεξιόντος τοῖς ἀτόπως ὑπὸ τοῦδε δρωμένοις· τουτονὶ δὲ πρὸς ἐκείνου κατηγορούμενον, φαύλην περιβάλλεσθαι δόξαν, ὅτι δὴ μὴ τὸν ἀρέσκοντα τῷ φιλοσόφῳ μετήει βίον. Inimicus Euphrates fuit Apollonio, qui, quamvis eum Vespasiano commendasset, apud Domitianum postea incusavit, quocirca ab Eusebio (50.) irridetur: ἆρ᾽ οὖν ὁ τὴν τῶν μελλόντων προειληφὼς γνῶσιν, ἠγνόει ὃς ἦν τε, καὶ ἔσται ὁ Εὐφράτης = Ille igitur, cui futura patebant, qualis esset, qualisque futurus foret Euphrates ignorabat? = Euphratis ipsius falsa, ut vocantur scripta ψευδῆ γράμματα, adversus Apollonium, memorant Philostratus, et Suidas. (51.) Eum vero alia quaedam majoris momenti scripsisse, ex

---

l. c. Lib. V.

(47.) Arrianus, Diss. Epict. Lib. III. Cap. 15. Lib. IV. Cap. 8.

(48.) Plinius, Epistol. Lib. I. Epist. 10.

(49.) Eusebius, Contra Hierocl.

(50.) Idem, l. c.

(51.) Suidas, Lex. art. Σοφοκλῆς Ἀρίστωνος.

Eunapio (52.) colligi potest. Euphratis philosophi meminit etiam Syncellus: (53.) Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς, καὶ Εὐφράτης, φιλόσοφοι ἤκμαζον = Apollonius Tyanensis, et Euphrates, philosophi florebant. = Euphratis mortem memorat Eusebius: (54.) = Euphrates Stoicus philosophus moritur. = Quomodo diem extremum obierit narrat Xiphilinus: (55.) ἐν μὲν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ταῦτά τε ἐγένετο, καὶ ὁ Εὐφράτης ὁ φιλόσοφος ἀπέθανεν ἐθελοντὴς, ἐπιτρέψαντος αὐτῷ καὶ τοῦ Ἀδριανοῦ, κώνειον διὰ τὸ γῆρας, καὶ διὰ τὴν νόσον πιεῖν = Anno illo et haec facta sunt, et Euphrates philosophus voluntarie obiit, cum ei Hadrianus senectutis, et morbi caussa cicutam bibere permisisset. = Hactenus de Dionis nostri familiare Euphrate Tyrio philosopho. E diverticulo nunc in viam properemus.

## §. VII.

### Dionis peregrinationes.

In Aegyptum se contulisse Dionem constat ex ejus Oratione decima prima, de Ilio non capto, de qua infra. In

---

(52.) Eunapius, Prooem. ad Vit. Sophist.

(53.) Syncellus, in Chronograph.

(54.) Eusebius, in Chron.

(55.) Xiphilinus, in vita Hadriani.

loquendo liber, et adsentandi nescius (56.) noster Philosophus, honestoque insuper viro quodam, quem Domitianus peremit, amicitia conjunctus, (57.) gloriosum sibi, voluntariumque sustinuit exilium, Oraculo prius, ut ipse testatur, (58.) consulto. De hoc exilio Philostratus: (59.) τὴν δὲ ἐς τὰ Γετικὰ ἔθνη πάροδον τοῦ ἀνδρὸς, φυγὴν μὲν οὐκ ἀξιῶ ὀνομάζειν, ἐπεὶ μὴ προσετάχθη αὐτῷ φυγεῖν· οὐδὲ ἀποδημίαν, ἐπειδὴ τοῦ φανεροῦ ἐξέστη, κλέπτων ἑαυτὸν ὀφθαλμῶν τε, καὶ ὤτων, καὶ ἄλλα ἐν ἄλλῃ γῇ πράττων, δέει τῶν κατὰ τὴν Ῥωμαίων τυραννίδα, ὑφ᾽ ὧν ἠλαύνετο φιλοσοφία πᾶσα. = Illius autem ad Geticas gentes profectionem, nec exilium vocare rectum censeo, cum haud jussus fuerit exulare; nec peregrinationem, ab hominum enim abfuit aspectu, oculisque, et auribus se subduxit, alia in alia terra agens, Romanorumque fugiens timens tyrannidem, a quibus omnis extrudebatur philosophia. = Exilii hujus meminit et Photius, (60.) qui tyrannidem ait effugisse Dionem, exulando, et varias re=

---

(56.) Dio Chrysostomus, Orat. 3.

(57.) Idem, Orat. 13.

(58.) Idem, l. c.

(59.) Philostratus, Vit. Sophis. Lib. I. in Vita Dion.

(60.) Photius, Biblioth. Cod. CCIX.

giones luſtrando; itemque Synesius, (61.) cujus haec verba: διό μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν ἐπιγράφειν ἅπασι τοῖς Δίωνος λόγοις, ὅτι πρὸ τῆς φυγῆς, ἢ μετὰ τὴν φυγὴν, οὐχ οἷς ἐμφαίνεται μόνοις ἡ φυγὴ, καθάπερ ἐπέγραψαν ἤδη τινὲς, ἀλλ᾽ ἅπαξάπασιν = Hinc recte, ut puto, omnibus Dionis Orationibus adderetur inscriptio, qua ante ne, vel post exilium Orationes ſingulae ſcriptae ſint innoteſceret, nec iis tantum Orationibus, in quibus exilii adparent indicia, ſed omnibus omnino ut nonnulli jam inscripſerunt, ſed omnibus omnino. = Profectus est Dio ad Getas, Myſos, (62.) et Thracas. (63.) Quomodo vero ſe geſſerit, docebit Philoſtratus: (64.) φυτεύων δὲ, καὶ σκάπτων, καὶ ἐπαντλῶν βαλανείοις, καὶ κήποις, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὑπὲρ τροφῆς ἐργαζόμενος, οὐδὲ τοῦ σπουδάζειν ἠμέλει, ἀλλ᾽ ἀπὸ δυοῖν βιβλίοιν ἑαυτὸν ξυνεῖχε· ταυτὶ δὲ δὲ ἦν ὅ τε Φαίδων ὁ τοῦ Πλάτωνος, καὶ Δημοσθένης ὁ κατὰ τῆς πρεσβείας = Serens autem, et fodiens, haurienſque aquam ad balnea, et hortos, aliaque agens ſimilia, ut victum ſibi compararet, ſtudere

---

(61.) Syneſius, in Dione, vel de ipſius Vit. instituto.

(62.) Dio Chryſoſtomus, Orat. 12. 36.

(63.) Idem, Orat. 14.

(64.) Philoſtratus, Vit. Sophis. Lib. I. in Vita Dion.

haud neglexit, sed duobus libris se sustinuit, Phaedone scilicet Platonis, et Demosthenis Oratione contra legationem. Orationem de exilio scripsit Dio, de qua infra dicendum.

## §. VIII.

### Dio, Nervae, et Trajano charus.

Occiso Domitiano, cum milites loci illius, ubi Dio morabatur, quaedam molirentur, eloquentiae suae insigne ille dedit argumentum, tumultuantem turbam oratione compescens. Hujus rei testis Philostratus, (65.) cujus verba referre non pigebit: Θαμίζων δὲ ἐς στρατόπεδα, ἐν οἷσπερ εἰώθει τρύχεσθαι, καὶ τοὺς στρατιώτας ὁρῶν ἐς νεώτερα ὁρμῶντας ἐπὶ Δομετιανῷ ἀπεσφαγμένῳ, οὐκ ἐφείσατο ἀταξίαν ἰδὼν ἐκραγεῖσαν, ἀλλὰ γυμνὸς ἀναπηδήσας ἐπὶ βωμὸν ὑψηλὸν, ἤρξατο τοῦ λόγου ὧδε·

„Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεὺς·

καὶ εἰπὼν ταῦτα, καὶ δηλώσας ἑαυτὸν, ὅτι μὴ πτωχὸς, μηδ᾽ ὃν ᾤοντο, Δίων δὲ εἴη ὁ σοφὸς, ἐπὶ μὲν τὴν κατηγορίαν τοῦ Τυράννου πολὺς ἔπνευσε, τοὺς δὲ στρατιώτας ἐδίδαξεν ἄμεινον φρονεῖν, τὰ

---

(65.) Idem, l. c.

δοκοῦντα Ῥωμαίοις πράττοντας. Καὶ γὰρ καὶ ἡ πειθὼ τοῦ ἀνδρὸς, οἵα καταθέλξαι, καὶ τοὺς μὴ τὰ Ἑλλήνων ἀκριβοῦντας = Caſtra vero frequentans, in quibus laborare conſueverat, militeſque conſpiciens ob Domitiani mortem nova molientes, ſibi non pepercit, conturbationem videns erupiſſe, ſed in ſublimem aram nudus proſiliens, ſic Orationem incepit:

„ Sed laceras veſtes prudens rejecit Ulyſſes: (66.)
iſtaque dicens, atque oſtendens, ſe nec mendicum, nec qualem ipſi putaverant, ſed ſapientem eſſe Dionem, et in tyranni vituperationibus prolixus fuit, et milites edocuit rectius ſentire, Romanis velificando. Talis enim erat ſuaſoria illius virtus, ut eos etiam demulceret, qui Graecas adcurate haud noſcerent litteras. = Nerva rerum potito, epiſtolam ei miſit Dio, rogans ut patriae redderetur, nec Imperatoris reſponſione caruit. Revocatus ab exilio, (67.) charus fuit Nervae, quem βέλτιστον, κἀμὲ ἀγαπῶντα, καὶ πάλαι φίλον = optimum, et me diligentem, et olim amicum = vocat; (68.) et cujus forte cauſſa Coccejani nomen ſumpſit, ut ſupra dixi. Sed non minus, mortuo Nerva, Trajano gratioſus fuit Dio, ut conſtat tum ex ejus

---

(66.) Homerus, Odyſſ. Lib. XXII. ver. 1.

(67.) Dio Chryſoſtomus, Orat. 45.

(68.) Idem, l. c.

Oratione quadrageſima quinta; tum ex Themiſtio, (69.) hunc in modum ſcribente: οὕτω καὶ οἱ πατέρες τῆς σῆς βασιλείας τοὺς προγόνους ταύτης τῆς τύχης προεῖγον, τὸν Ἄρειον ἐκεῖνον ὁ Σεβαστὸς, ὁ Τιβέριος τὸν Θρασύλον, ΤΡΑΙΑΝΟΣ ὁ μέγας ΔΙΩΝΑ τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν. Potiſſimum vero Trajani erga Dionem benevolentia, ex Philoſtrato, (70.) Photio, (71.) et Suida innoteſcit, qui Oratorem noſtrum vectum curru narrant una cum ipſo Auguſto. Τραϊανὸς γοῦν αὐτοκράτωρ, ait Philoſtratus, ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ' ἧς οἱ Βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν ἔλεγε θαμὰ ἐπιστρεφόμενος πρὸς τὸν Δίωνα, τί μὲν λέγεις οὐκ οἶδα· φιλῶ δέ σε ὡς ἐμαυτὸν = Trajanus ſane Imperator eum Romae cum aureo currui impoſuiſſet, quo vecti Imperatores triumphales pompas poſt bella gerunt, ad Dionem ſaepe converſus ajebat, quid dicas equidem neſcio; te vero ut meipſum amo. = Sic debita virtuti, et doctrinae praemia a ſapienti Imperatore rectiſſime tributa.

---

(69.) Themiſtius, Orat. V.

(70.) Philoſtratus, Vit. Sophiſt. Lib. I. in Vita Dionis.

(71.) Photius, Biblioth. Cod. CCIX.

## §. IX.

### Erga Patriam a Dione patrata.

Quo patriam suam amore, ut honestum virum adprime decet prosequutus Dio fuerit, testes sunt ejus Orationes haud paucae, sed illae praecipue, quibus alter Demosthenes Athenis suis, quod ad civium commune bonum plus confert, agere suadet. Nervae, et Trajani amicitia usum se fuisse ad patriae utilitatem procurandam, ipse testatur. (72.) Majorum suorum legens vestigia, magistratum in patria gessit. Publici cujusdam operis ad urbis ornatum curator factus, Prusaeorum decreto; cum antiqua quędam ad nova aedificanda destruxisset, adversarios habuit, qui omnia ab eo subverti, urbem destrui clamabant. (73.) Optante vero Dione, confectum opus civitati adsignari, Eumolpus, ait junior Plinius (74.) ad Trajanum scribens, adsistens Flavio Archippo dixit, exigendam esse a Dione rationem operis, ante quam Reipublicae traderetur, quod aliter fecisset ac debuisset. Adjecit etiam, esse in eodem ope-

---

(72.) Dio Chrysostomus, Orat. 45.

(73.) Idem, Orat. 40. 45. 46. 47.

(74.) Plinius, Epistol. Lib. X. Epist. 20. 85.

re positam tuam statuam, et corpora sepultorum uxoris Dionis, et filiorum, postulavitque ut cognoscerem pro tribunali: quod cum ego me protinus facturum, dilaturumque profectionem dixissem, ut longiorem diem ad instruendam causam darem, utque in alia civitate cognoscerem petiit. Ego me auditurum Niceae respondi. Ubi cum sedissem cogniturus, idem Eumolpus, tanquam adhuc parum instructus, dilationem petere coepit. Contra Dion, ut audiretur exigere. Dicta sunt utrinque multa, etiam de causa: ego cum dandam dilationem, et consulendum existimarem in re ad exemplum pertinenti, dixi utrique parti, ut postulationum suarum libellum darent. Volebam enim te ipsorum potissimum verbis, ea, quae erant proposita recognoscere. Et ~~q~~ Dion quidem se daturum dixit, et Eumolpus respondit, complexurum se libello, quae Reipublicae peteret. Caeterum quod ad sepultos pertinet, non accusatorem se, sed advocatum Flavii Archippi, cujus mandata pertulisset Archippus: cui Eumolpus sicut Prusae adsistebat, dixit, se libellum daturum: ita nec Eumolpus, nec Archippus, quamplurimis diebus expectati, adhuc mihi libellos dederunt. Dion dedit, quem huic epistolae junxi. Ipse in re praesenti fui, et vidi quoque statuam in bibliotheca positam. Id autem, in quo dicuntur sepulti filii ejus, et uxor Dionis, in area collocatum, quae porticibus includitur. Te Domine rogo, ut me in hoc pręcipue genere cognitionis regere digneris, cum alioquin magna ſit expectatio: ut necesse ſit, in ea re, quę et in confessum venit, et exemplis defenditur deliberare.= Quibus litteris haec respondit Trajanus: = Potuisti non haerere, mi Secunde charissime, circa id, de quo me consulendum existimasti, cum propositum meum optime nosses, non ex metu, nec terrore hominum, aut criminibus, reverentiam nomini meo adquiri. Omissa ergo ea quaestione, quam non admitterem, etiamsi exemplis adjuvaretur, ratio totius operis effecti, ſub cura tua, Cocceiano Dioni excutiatur: cum et utilitas civitatis exigat, nec aut recuset Dion, aut debeat recusare.= Dionem a crimine laesae majestatis absolvit etiam doctissimus Conradus Ritterſhuſius, qui ad illa epistolae Plinii verba: = in area collocatum =, haec adnotat: = Quid commune habet area vacua cum Bibliotheca? et quo pacto proinde potuit Dion obstringere ſe tanto crimine, ut videretur laesisse majestatem Principis, dum ſtatuam quidem ejus in Bibliotheca posuit, ſed reliquiis ſuarum caritatum in area conditorium delegit? taceo, quod ſicut nullum crimen absque dolo contrahitur; ita neque istud, quod est omnium gravissimum.=

## §. X.

### Dionis mors, et corporis habitus.

Qualis Dioni nostro extremus annus fuerit, ignotum. Certe vel sub Trajano obiit Dio, vel paulo post Trajani mortem, cum sub Nerone etiam vixerit, et Oratione quadragesima, Nerva, vel Trajano imperante, ad Prusaeos dicta, senem se vocet, quod non semel tantum in suis scriptis facit. Gracilis corpore, et parvus fuit Dio, ut praeter ipsum Dionem, (75.) testantur Suidas, ac Photius. (76.) Voce fuit placida et firma; incessu haud incitato, non tamen tardo; nec alii ab eo corporis motus discrepabant, ut idem Photius (77.) narrat. Tantam autem morum austeritatem prae se tulisse ferunt, ait Photius ipse, (78.) ut saepe leonina pelle indutus publice incesserit; quod confirmat Suidas.

---

(75.) Dio Chrysostomus, Θα Orat. 7. 19.

(76.) Photius, Biblioth. Cod. CCLX.

(77.) Idem, l. c.

(78.) Idem, l. c.

## §. XI.

### Dionis laus, et fama.

Cum miris eloquentiae, et doctrinae dotibus, magna etiam Reipublicae utilitate, fulserit Dio, aequum profecto erat, debitis ejus scientiam laudibus cumulari, quod factum reapse, tum vivente illo, ut ex ejus Oratione quadragesima secunda patet, tum mortuo, ut ex quamplurimis constat auctoribus. Gloriosum Chrysostomi nomen, quo Dio noster, a Dionibus aliis communiius distingui solet, honoris quo ejus habetur eloquentia, insigne satis est argumentum. Eloquii virtutem hoc Dioni nomen comparasse; et per se patet, et docent Photius, (79.) ac Luciani Scholiastes. (80.) τοῦτο, ait ille, περὶ Δίωνος ἱστοροῦσιν τοῦ Προυσιέως, ὃν καὶ διὰ τοῦτο κατ᾽ εὐφημισμὸν ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΝ ὠνόμασαν = Hoc narrant de Dione Prusaeo, quem etiam hac de caussa propter eloquentiam, Chrysostomum vocarunt. = Eorumdem Scholiorum (81.) haud praetereundus de Dione no-

---

(79.) Photius, Biblioth. Cod. CCIX.

(80.) Scholiastes Luciani, ad Hermotim. sive de Sectis.

(81.) Idem, ad Dialog. de morte Peregrini.

ſtro inſignis, qui ſequitur locus: Κυνικοὶ καὶ οὗτοι, ἢ καὶ ἄλλως φιλόσοφοι ἐλέγχειν ἔργον πεποιημένοι. Ἐπίκτητον μὲν οὖν Στωϊκὸν οἶδα. Δίωνα δὲ τὸν Προυσαέα, ᾧ καὶ ἐπώνυμος ὁ Χρυσόστομος, ὃς καὶ λόγους ἐκδέδωκε, ἱκανῶς σπουδαίους τῷ ὄντι, καὶ παντοίας ὠφελείας μεστοὺς = Cynici hi quoque ſunt, ſive aliter philoſophi, qui reprehendendi munus ſumpſere. Epictetum ſane Stoicum novi, itemque Dionem Prusaeum, cui et cognomen est Chryſoſtomus, et qui orationes edidit, ſcienter revera elaboratas, et omnigena utilitate refertas. = Καὶ Δίων ὁ ἐκ Βιθυνίας, inquit Eunapius, (82.) ὃν ἐπεκάλουν Χρυσόστομον = Et Dio ex Bithynia, quem Chryſoſtomum cognominarunt. = Lingua aureus Χρυσοῦς τὴν γλῶτταν vocatur Dio noster a Themistio. (83.) Sic Syneſius: (84.) ὁ Δίων τῇ μὲν περιβολῇ τῆς ΓΛΩΤΤΗΣ, ἣν ΧΡΥΣΗΝ εἶχεν, ὥσπερ καὶ λέγεται, σοφιστὴς ἔστω = Dio, ornamentis quidem linguae, quam auream habuit, ut et dicitur, esto ſophiſta = et alibi: (85.) Δίωνι τῷ ΧΡΥΣΩΙ τὴν ΓΛΩΤΤΑΝ =

---

(82.) Eunapius, Prooem. ad Vit. Sophist.

(83.) Themistius, Orat. 5. 11.

(84.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vit. instit.

(85.) Idem, in Calvit. Encom.

« A Dione lingua aureo.» Chryſoſtomus vocatur Dio ab Joanne Tzetze, (86.) et Eustathio qui pluries Dionem citat in Commentariis ad Homerum; itemque in Maximo Martyre, (87.) qui ejus ſententiam quamdam adfert. Alibi in eodem Maximo (88.) citatur ſimpliciter Dio, alibi vero, (89.) poſt verba: ἐκ τῶν Δίωνος Χρειῶν « ex Dionis Chriis », quaedam Dionis referuntur. Citantur autem Dionis Chriae, et Sententiae etiam ab Joanne Stobaeo. (90.) Dionis famam maximam fuiſſe apud veteres, patet etiam ex hoc elogio, quo Philoſtratus vitam ejus narrare incipit: Δίωνα δὲ τὸν Προυσαῖον οὐκ οἶδ᾽ ὅτι χρὴ προσειπεῖν, διὰ τὴν ἐς πάντα ἀρετὴν. Ἀμαλθείας γὰρ κέρας ἦν, τὸ τοῦ λόγου, ξυγκείμενος μὲν τῶν ἄριστα εἰρημένων τοῖς ἀρίστοις, βλέπων δὲ πρὸς τὴν Δημοσθένους ἠχὼ, καὶ Πλάτωνος, ᾗ καθάπερ αἱ μαγάδες τοῖς ὀργάνοις, προσηχεῖ ὁ Δίων τὸ ἑαυτοῦ ἴδιον ξὺν ἀφελείᾳ ἐπεστραμμένῃ. Ἀρίστη δὲ ἐν τοῖς

---

(86.) Tzetzes, Chiliad. XI. ver. 726.

(87.) S. Maximus, Cap. Theolog. Serm. 11.

(88.) Idem, l. c. Serm. 6. 51.

(89.) Idem, l. c. Serm. 4. 6.

(90.) Stobaeus, in Eclog. Serm. 7. 13. 34.

Δίωνος λόγοις καὶ ἡ τοῦ ἤθους κρᾶσις. Ὑβριζούσαις τὲ γὰρ πόλεσι πλεῖστα ἐπιπλήξας, οὐ φιλολοίδορος, οὐδὲ ἀηδὴς ἔδοξεν, ἀλλ' οἷον ἵππων ὕβριν χαλινῷ καταρτύνων μᾶλλον, ἢ μάστιγι· πόλεών τε εὐνομουμένων ἐς ἐπαίνους καταστὰς, οὐκ ἐπαίρειν αὐτὰς ἔδοξεν, ἀλλ' ἐπιστρέφειν μᾶλλον, ὡς ἀπολουμένας; εἰ μεταβάλοιντο. Dio autem Prusaeus quomodo adpellandus sit nescio, propter ejus ad omnia dexteritatem. Amaltheae enim erat cornu, quod ad dicendi facultatem pertinet; connumeratus optimis illorum, qui optime loquuti sunt, intendens autem ad Demosthenis, et Platonis sonum imitandum, quibus; velut in musicis instrumentis chordarum sustentacula; adsonat Dio, proprio loquendi more cum contorta quadam simplicitate conjuncto. Optima est in Dionis Orationibus moris etiam admistio, Luxurian adfectus quoque temperatio: Luxuriantes enim civitates plurimum increpans, nec convitiator visus est, nec molestus, sed quasi equorum proterviam fraeno compescens potius, quam flagris. Ad laudes vero deveniens gubernatarum recte legibus urbium, non illas superbia efferre sed continere magis est visus; quasi si mutarentur perituras. = In fine autem Vitae haec ait Philostratus: σοφιστικώτατον δὲ τοῦ Δίωνος, αἱ τῶν λόγων εἰκόνες, ἐν αἷς, εἰ καὶ πολὺς, ἀλλὰ καὶ ἐνεργὴς, καὶ τοῖς ὑ=

ποκειμένοις ὅμοιος = Equidem quod in Dione maxime est sophisticum, sunt in Orationibus imagines, in quibus si fusus est, energicus quoque, et subjectis rebus est similis. = Hippodromum Sophistam, dicendi genus Dionis proprium imitasse idem notat Philostratus, (91.) qui et de Aeliano ait: (92.) ἡ μὲν ἐπίπαν ἰδέα τοῦ ἀνδρὸς ἀφέλεια προσβάλλουσά τι τῆς Νικοστράτου ὥρας. Ἡ δὲ ἐνίοτε πρὸς Δίωνα ὁρᾷ, καὶ τὸν ἐκείνου τόνον. Sophista magnus, et omnium eloquentissimus, dicitur Dio apud Arrianum. (93.) Photius (94.) vehementem, et uberem ait fuisse Dionem, atque in dicendo subtilem, solertemque esse habitum, praesertim quod ad mores componendos pertinet. Reprehendit tamen ejus nimiam in exordiis, iisque, quae exordiorum instar sunt longitudinem. Arguit etiam Dionem nostrum, ut videtur, Theodulus, sive Thomas Magister, (95.) sed levissima, ut Grammaticum decat de caussa, quia scilicet adhibuit voces ἡμίσους, et ἐγρηγόρως. Nostrum autem Dionem, non, ut putavit

---

(91.) Philostratus, vit. Sophist. Lib. II. in Vita Hippodromi.

(92.) Idem, l. c. in Vita Aeliani.

(93.) Arrianus, Diss. Epict. Lib. 3. Cap. 23.

(94.) Photius, Biblioth. Cod. CCIX.

(95.) Theodulus, Voc. Attic. Eclog. art. ἡμίσε, νενηφότως.

Falconi; (96.) Dionem Cassium, respexit Theodulus, judice Reimar, (97.) apud Chrysostomum enim legitur: (98.) οἱ δὲ ἐξ ἩΜΙΣΟΥΣ ἐκόμων: et alibi: (99.) ἄκουε τοῦδε τοῦ μύθου σφόδρα ἘΓΡΗΓΟΡΩΣ... Synesius, quamvis Philostrato, quem reprehendit, in Dionis laudibus parcior, saepe tamen Dionis ipsius celebrat ingenium; modo enim de illo ait, (100.) quod cum ad philosophandum se contulerit, ἐνταῦθα δὴ καὶ μάλιστα ἡ ῥώμη τῆς φύσεως αὐτοῦ διεδείχθη = ejus naturae vis ibi maxime adparuit; = modo autem, quod ἐπειδὴ τοῦ φιλοσοφεῖν ἤρξατο, καὶ εἰς τὸ νουθετεῖν ἀνθρώπους ἀπέκλινεν, οὐδένα λόγον ἄκαρπον ἐξενήνοχε = postquam philosophari coepit, et ad instituendos homines se convertit, nullam infructuosam edidit Orationem; = interdum quidem jubens, Dionem antiquis Rhetoribus connumerari; eamque vocans: καὶ δήμῳ διαλεηχ διαλεχθῆναι, καὶ ἰδιώτῃ τοῦ παντὸς ἄξιον τὸν ποριμώτατον τῇ ῥητορείᾳ παντὸς ἐξευρεῖν λόγους περιττὸν ἄνδρα εἰπεῖν τε, καὶ γνῶναι = populo, et privato

---

(96.) Falconi, Proleg. ad Q. Cas. Dion. Cap. 4. §. 28.

(97.) Reimar, de Vita, et Scrip. Cas. Dion. Commentar. §. 1.

(98.) Dio Chrysostomus, Orat. 7.

(99.) Idem, Orat. 1.

(100.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vit. instit.

homini omnino dignum loqui; ad cujuscumque generis Orationes excogitandas aptissimum; virum in dicendo, ac judicando eximium; = interdum vero de eo pronuncians, quod οἵ τε ῥυθμοὶ τοῦ λόγου κεκολασμέναι, καὶ τὸ βάθος τοῦ ἤθους, οἷον σωφρονιστῇ τινὶ, καὶ παιδαγωγῷ πρέπον πόλεως ὅλης ἀνοήτως διακειμένης = et castigati sunt orationis numeri, et moris austeritas ea est, quae dementis urbis universae moderatorem, ac institutorem decet; = alibi denique scribens: (101.) νῦν μοι δοκεῖ Δίων λέγειν μὲν εἶναι δεινὸς = nunc mihi Dio strenuus quidem in dicendo videtur. = Apollonius Tyanensis, teste Philostrato, (102.) Vespasiano interroganti, quosnam philosophos, ad gerendas res, in consilium vocandos putaret; = boni consultores, respondit, ad haec erunt viri isti; = Dio scilicet, et Euphrates. Idem Apollonius, Philosophis hisce admitti praestolantibus, Vespasiano inquit: = voca illos, ut huic adsint sermoni, sapientes enim viri sunt; = ad quae Imperator = sapientibus viris mea reserata, inquit, est janua. = Porro Dionis nostri plurimi e veteribus meminere. In his est doctissimus Rhetor, Dioni ipsi coaevus, M. Fabius Quin=

---

(101.) Idem, in Calvit. Encom.

(102.) Philostratus, Vit. Apollon. Tyan. Lib. V.

tilianus. (103.) = Dion, ait ille, inventionem modo, et dispositionem tradidit, sed utramque duplicem; rerum, ac verborum; ut sit elocutio inventionis, pronuntiatio dispositionis: his quinta pars memoria accedat. = Meminit quoque Dionis Galenus, (104.) ac praeterea M. Aurelius Antoninus, (105.) et Julianus (106.) Imperatores. Eudocia Augusta in Ἰωνιᾷ, seu Violario inedito bis agit de Dione Prusaeo. (107.) Theodorus Metochita in manuscripta miscellanea philosophica, et historica, Capite decimo nono agit περὶ Δίωνος = de Dione. = An hic Dio, Historicus sit, vel Chrysostomus, definire non ausim. Porro Reinesius, (108.) qui operis illius manuscriptum Codicem vidit, Metochitam agere dicit de Dione Prusaeo. Citatur Dio quidam a Suida, (109.) et Apostolio (110.) ἐν δευτέρῳ τῆς δευτέρας συντάξεως = in secundo secundae seriei =; a Ni-

---

(103.) M. Fabius Quintilianus, Institut. Orator. Lib. III. Cap. 3.

(104.) Galenus, De Different. Pulsuum Lib. II.

(105.) M. Aurelius Antoninus, Ad seipsum Lib. I. sect. 14.

(106.) Julianus, Orat. VII.

(107.) Eudocia, Violar. manuscr. Cap. 307. 337.

(108.) Reinesius, Epist. ad Nest.

(109.) Suidas, Lex. art. οὐδὲ Ἡρακλῆς.

(110.) Apostolius, Collect. Proverb. Centur. XV. Prov. 3.

candri autem Scholiaste (111.) ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης συντάξεως = in primo tertiae seriei. = Dionem hunc haud diversum a Chrysostomo putat Reimar, (112.) = cujus λόγοι vario ordine olim in classes digesti sunt; = quamvis Fabricius (113.) Dionem illum, cum Dione Alexandrino Philosopho eumdem existimaverit. Dio ille καὶ πραγμάτων, καὶ λόγων ἔμπειρος = agendi, et loquendi peritus, = quem sibi amicum dicit Aelius Aristides, (114.) junior videtur Chrysostomo. Sane Aristides post Dionem nostrum floruit sub Antonino Pio. Similiter verisimilius est, Dionem illum, quem ἐν συγγραφῆ = in Historia = citat Aelianus, (115.) esse Dionem Cassium, quam Chrysostomum, ut probat Clarissimus Reimar, (116.) qui tamen se diu de hac re in bivio haesisse fatetur. (117.) In-

---

(111.) Scholiastes Nicandri, ad Theriaca.

(112.) Reimar, ad Spicileg. Fragment. Dion. et loc. ap. veteres, ubi Dio, aut dicta ejus laudantur, et de Vita, et Scr. Cas. Dion. Commentar. §. 1. 2.

(113.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 10. §. 16.

(114.) Aelius Aristides, Orat. Aegypt.

(115.) Aelianus, Hist. Animal. Lib. X. Cap. 1.

(116.) Reimar, ad Spicileg. Frag. Dion. et loc. ap. veter. ubi Dio, aut dicta ejus laudantur.

(117.) Idem, De Vita, et Scrip. Cas. Dion. Comment. §. 1.

certum, quem Dionem innuat Hesychius Lexicographus, (118.) cum ait: Σταδινὸν, παρὰ Δίωνι, πολίτην = Σταδινὸν, apud Dionem, civem. = Lucianum.. Dionis nostri meminisse, haud facile dixerim, ut Catanaeus, (119.) qui Dionem Cassium, Chrysostomum, et Dionem illum philosophum, cujus meminit Lucianus in Parasito, simul omnes confudit. Similiter Gilbertus Cognatus (120.) Dionem Alexandrinum Philosophum perperam cum Dione Chrysostomo eumdem facit. Varios Diones ad nominis confusionem vitandam recensitos videre juvabit apud Fabricium, (121.) et Fabricio hac in re diligentiorem Hermannum Samuelem Reimar, (122.) a quo tamen omittuntur, Dio Heracleotes Philosophus,. (123.) et. Dio Cinaedus, (124.) de quibus Lucianus, nisi efficta haec nomina; Dio, ad quem scribit Libanius; (125.) Dio Thytes, cujus locum adfert Cle-

---

(118.) Hesychius, Lex. art. σταδινὸν.

(119.) Catanaeus, ad Plin. Epist. Lib. X. Ep. 85.

(120.) Cognatus, ad Lucian. de Parasito.

(121.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 10. §. 16.

(122.) Reimar, De Vita, et Scr. Cas. Dion. Commen. §. 2.

(123.) Lucianus, in Hermot. sive de Sect.

(124.) Idem, in Lexiphane.

(125.) Libanius, Epistol. Lib. I. epist. 53.

mens Alexandrinus; (126.) Dio Commentator ὑπομνηματογράφος, quem citat Nonnus; (127.) et Dio Lacedaemoniorum Rex, de quo haec Servius: (128.) =Dion, Rex Laconiae fuit, qui habuit uxorem Iphitheam Prognai filiam.=

## §. XII.

### Dionis Scripta, quae extant.

Age jam Dionis Scripta, quibus tam splendidum est ille nomen adsequutus, quotquot extant recenseamus. Ejus habemus Sermones octoginta, ordine, quo eorum tituli a me adferentur dispositi. Alio ordine eos memorat Photius. (129.)

I. II. III. IV.

περὶ Βασιλείας, ἢ λόγοι βασιλικοὶ δ΄.

De Regno, sive Orationes Regales IV.

Ad Trajanum Imperatorem. Haud valde post exilium, cujus ibi meminit Dio, adeoque Trajani imperio ineunte videntur exaratae. Oratione quarta describuntur Vitae, divitiarum avidi, voluptuosi, ambitiosi, hilarisque hominis, et

---

(126.) Clemens Alexandrinus, Stromat. Lib. V.

(127.) Nonnus, ad S. Gregor. Nazianzen. Oration. I. in Julian. histor. 37. (128.) Servius, ad Virgil. Eclog. 8.

(129.) Photius, Biblioth. Cod. CCIX.

probi. Orationem hanc memorat Synesius. (130)

## V.

### Λιβυκὸς Μῦθος

### Fabula Libyca:

Hanc Orationem ad illas de Regno pertinere notat Photius. Reapse fabulae illius Libycae, de qua hac in Oratione disserit Dio, meminit etiam Oratione quarta de regno; male enim Casaubonus fabulam ibi memoratam, ab ea, quam quinta continet Oratio, distinguere videtur.

## VI.

### Διογένης ἢ περὶ Τυραννίδος

### Diogenes, sive de Tyrannide:

Oratio, quaedam Diogenis Cynici dicta, vel facta complectens, viros complures, praecipue Tyrannos, curis gravem, sollicitamque vitam agentes, arguentia.

## VII.

### Εὐβοϊκὸς, ἢ Κυνηγὸς

### Euboicus, seu Venator:

Hac Oratione describit Dio pauperis cujusdam Euboeae venatoris, et agricolae simplicem, placidamque vitam, quam beatam cum primis praedicat. De opificiis in civitate exercendis edisserit, Graecorumq. publicas, et mercenarias libidines arguit. Orationis hujusce meminere Philostratus, (131.) Stobaeus, (132.) et Synesius, (133.) qui nonnullos ait, Orationem ipsam postremae de regno subjicere.

---

(130) Synesius, in Dione, vel de ipsius vit. instit.

## VIII.

Διογένης, ἢ περὶ ἀρετῆς
Diogenes, sive de virtute:

Oratio, in qua nonnulla a Diogene dicta, vel facta in Isthmicis narrantur.

## IX.

Διογένης, ἢ Ἰσθμικὸς
Diogenes, sive Isthmicus:

Ejusdem cum superiore est argumenti.

## X.

Διογένης, ἢ περὶ οἰκετῶν
Diogenes, sive de servis:

Admonet quemdam Diogenes, ne de fugitivo servo sollicitus sit, sed potius ut ad suimetipsius cognitionem adipiscendam laboret.

---

(131.) Philostratus, vit. Soph. Lib. I. in vita Dion.

(132.) Stobaeus, in Eclog. Serm. 2.

(133.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vit. inst.

## XI.

### Τρωϊκὸς, ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι
### Troicus, quod captum Ilium non fuerit:

Oratio lectu jucundissima, qua Sacerdotem quemdam Aegyptium Onuphitensem citans, a se visum, ut ait, in Aegypto, probare vult Dio, haud captum fuisse Ilium, ac mendacii arguit Homerum, utpote, qui Helenam impudicam fecerat, nulla habita verisimilitudinis ratione; ac Ilienses optimo jure pugnantes, improbos, ac injustos effinxerat; Achillemque revera ab Hectore interfectum, Hectorem contra dixerat enecasse. Sophistas spernere se profitetur, quos impium se vocaturos praedicit, eo quod Homerum fuerit adversatus. Orationem hanc ante exilium a Dione scriptam putat Casaubonus. Eam laudant, praeter Photium, Synesius, (134.) et Eustathius in Homericis Commentariis. (135.)

## XII.

### Ὀλυμπικὸς, ἢ περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ ἐννοίας
### Olympicus, sive de prima Dei cognitione.

Oratio in Olympiis dicta, de naturali notitia, quam de Deo homines habent. De hac re fortasse fuit Plutarchi ὁ πρὸς Δίωνα ῥηθεὶς ἐν Ὀλυμπίᾳ = Sermo in Olympiae dictus

---

(134.) Idem, l. c.

(135.) Eustathius, ad Homer. Iliad. Lib. IV.

ad Dionem =, vel: =contra Dionem =, Lampriae (136.) memoratus.

## XIII.

### περὶ φυγῆς.

### De exilio:

Oratio Athenis habita, qua exilium haud malum esse probare vult Dio, cum sapientiae studium, et virtutis exercitium exules etiam comitentur.

## XIV. XV.

### Περὶ δουλείας, καὶ ἐλευθερίας, λόγοι β'.

### De servitute, et libertate; Orationes II:

In quibus sui animi dominum, liberum vocat Dio, servum vero illum, qui passionibus obtemperat.

## XVI.

### περὶ λύπης

### De aegritudine:

Mentis scilicet, quam vitandam, aequo animo aerumnas ferendo, adserit Dio.

## XVII.

### περὶ πλεονεξίας

### De avaritia:

---

(136.) Lamprias, de Scriptis Plutarchi num. 193.

Quam damnat auctor.

## XVIII.

### Περὶ λόγου ἀσκήσεως

### De dicendi exercitatione:

Ad Romanum quemdam senem, cui varios, quos nominat auctores, cum Historicos, tum Oratores, tum etiam Comicos legere suadet; Socraticos vero potissimum, ac rursus ex his prȩcipue Xenophontem.

## XIX.

### Περὶ τῆς αὑτοῦ φιληκοΐας

### De sua audiendi cupiditate:

Ob quam audire se, quam audiri malle, Dio profitetur.

## XX.

### Περὶ ἀναχωρήσεως.

### De secessu:

Quo sapientem non egere, et quem reliquis non prodesse, auctor contendit.

## XXI.

### Περὶ κάλλους

### De pulchritudine:

Varias vigere pulchri apud varias gentes ideas, cons ostendere vult Dio. Hoc scriptum pluribus diversarum persona=

rum ſermocinationibus, Dialogi more compoſitis, conſtare putat Caſaubonus.

## XXII.

### Περὶ πολέμου, καὶ εἰρήνης

### De bello, et pace:

Adfirmat auctor, rectius, quam Rhetores, de iſtis rebus ſentire Philoſophos.

## XXIII.

### Ὅτι εὐδαίμων ὁ σοφὸς

### Beatum eſſe Sapientem:

Dialogus, quo Sapientis viri felicitas, mali autem oſtenditur miſeria.

## XXIV.

### Περὶ εὐδαιμονίας

### De felicitate:

A vera beatitudine quaerenda ſaepe homines abeſſe probat Chryſoſtomus.

## XXV.

### Περὶ δαίμονος

### De Genio:

Quaeritur an extra hominem, ſit alius ei adhaerens.

## XXVI.

Περὶ τοῦ βουλεύεϑσϑαι
De consulendo:

Ad quod rerum peritiam requiri demonstratur.

## XXVII.

Διατριβὴ περὶ τῶν ἐν συμποσίῳ
Disputatio de iis, quae accidunt in convivio:

Ac de eo, quod recta docentibus vix aures praebeantur.

## XXVIII. XXIX.

Μελαγκόμας πρῶτος, καὶ δεύτερος
Melancomas primus, et secundus:

Melancomae adolescentis extincti laudes perſequitur Dio.

## XXX.

Χαρίδημος
Charidemus:

Adolescentem alterum, cui nomen Charidemus, Timarchi filium, anno aetatis vigesimo secundo morte peremptum, loquentem inducit auctor. Scriptum hoc laudat Stobaeus. (137)

---

(137.) Stobaeus, in Eclog. Serm. 123.

## XXXI.

### Ῥοδιακὸς

### Rhodiacus.

Oratio ad Rhodios dicta, contra consuetudinem reponendi nomen illorum, quibus statua decernebatur, in veteribus simulacris, nec statuam novam erigendi. Hanc Orationem commendat Photius, memoratque Synesius. (138.)

## XXXII.

### Πρὸς Ἀλεξανδρεῖς

### Ad Alexandrinos.

Quorum indolem, moresque reprehendit Chrysostomus.

## XXXIII.

### Ταρσικὸς πρῶτος

### Tarsicus primus.

Ad Tarsenses, quorum urbem breviter laudat Dio, monens tamen, non in externis civitatum ornamentis earum felicitatem positam esse, sed in virtute civium; ac inurbanum quemdam Tarsensium morem perstringens.

---

(138.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vitae instituto.

## XXXIV.

### Ταρσικὸς δεύτερος
### Tarsicus secundus:

Tarsenses hortatur Dio ne magistratus adversentur, et calumniis petant.

## XXXV.

### Ἐν Κελαίναις τῆς Φρυγίας
### Oratio habita Celaenis Phrygiae:

Virtuosum virum non fieri ab externo corporis habitu, docet Chrysostomus; Celaenas item laudat, et quaedam de Indis fabulatur, quos Celaenis anteponit.

## XXXVI.

### Βορυσθενητικὸς λόγος, ὃν ἀνέγνω ἐν τῇ πατρίδι
### Sermo Borysthenitícus, lectus in patria:

Quo de Deo mundi conditore, et Rectore ante oppidum Borysthenitarum loquutum se ait Dio cum Callistrato, et Rhosone. Orationem hanc prae caeteris gravem, ac illustrem vocat Photius.

## XXXVII.

### Κορινθιακὸς
### Corinthiacus:

Corinthios adloquitur Dio, quia statuam, quam sibi posuerant, postea ob illatam in eum criminationem, vel straverant, vel alteri dicaverant, quam consuetudinem damnat, ut dixi, oratione Rhodiaca. Huic ipsi proximam vocat Photius, quoad dicendi vim, Orationem Corinthiacam.

## XXXVIII.

Πρὸς Νικομηδεῖς, περὶ ὁμονοίας τῆς πρὸς Νικαεῖς

Ad Nicomedenses, de concordia cum Nicaenis:

Cum quibus Nicomedenses de Bithyniae primatu certabant. Dionem nostrum Nicomedenses ipsi civitate donaverant.

## XXXIX.

Περὶ ὁμονοίας ἐν Νικαίᾳ, πεπαυμένης τῆς στάσεως

De concordia, Nicaeae, seditione coercita:

Sermo habitus a Dione; cum minus bene valeret.

## XL.

Ἐν τῇ πατρίδι, περὶ τῆς πρὸς Ἀπαμεῖς ὁμονοίας

In patria, de concordia cum Apameensibus:

Oratio a Dione dicta post exilium. Imperatoris benignitatem celebrat, atque in extinctum Domitianum invehitur.

## XLI.

Πρὸς Ἀπαμεῖς, περὶ ὁμονοίας

## Ad Apameenses, de concordia:

cum Prusaeis scilicet. Apameenses Dioni de reditu ab exilio per legatos gratulati fuerant, atque iter ad se suscipere impulerant.

## XLII.

### Διάλεξις ἐν τῇ πατρίδι
### Disputatio in patria:

Qua ignorare se ait Chrysostomus, cur tam libenter ipse publice loquens audiatur.

## XLIII.

### Πολιτικὸς ἐν τῇ πατρίδι
### Politicus in patria:

Contra inimicos qui apud Prusaeos Oratorem calumniis invaserant.

## XLIV.

### Φιλοφρονητικὸς πρὸς τὴν πατρίδα, εἰσηγουμένην αὐτῷ τιμὰς
### Benevolentiae significatio ad patriam, a qua honoribus fuerat adfectus:

Oratio de amore, quo patriam auctor prosequitur, post exilium a Dione scripta.

## XLV.

Ἀπολογισμὸς, ὅπως ἔσχηκε πρὸς τὴν πατρίδα

Apologia, quomodo se gesserit erga patriam:

Cujus bonum unice se quaerere Dio profitetur, quamvis aliud invidi clamitent.

## XLVI.

Πρὸ τοῦ φιλοσοφεῖν ἐν τῇ πατρίδι

Antequam philosopharetur in patria:

Cives suos adloquitur Dio, qui, oborta seditione, ipsum lapidibus, domum vero suam igne petiverant.

## XLVII.

Δημηγορία ἐν τῇ πατρίδι

Concio in patria:

Adversus auctorem criminantes, eo quod amplas aedes cum porticu extrueret.

## XLVIII.

Πολιτικὸς ἐν ἐκκλησίᾳ

Politicus in conventu:

Sermo de concordia ad Prusaeos simul congregatos, idem cum sermone illo ἐκκλησιαστικῷ, quem ut solidae, et propriae eloquutionis exemplum citat Synesius.

## XLIX.

Παραίτησις ἀρχῆς ἐν βουλῇ
Recusatio magistratus in Senatu:

Nec sibi, nec forte etiam Prusaeis expedire ait Dio, se diutius in patria morari.

## L.

Περὶ τῶν ἔργων ἐν βουλῇ
De administrationibus in Senatu:

Oratio de laudibus Senatus Prusaeorum, atque de Dionis filii magistratu.

## LI.

Πρὸς Διόδωρον
Ad Diodorum:

Laudat Chrysostomus in Diodoro cives, qui eum magistratus dignitate donaverant.

## LII.

Περὶ Αἰσχύλου, καὶ Σοφοκλέους, καὶ Εὐριπίδου, ἢ περὶ τῶν Φιλοκτήτου τόξων
De Aeschylo, Sophocle, et Euripide,
sive de Philoctetae telis:

Simul comparantur Tragoediae, quas de arcu Philoctetae scripserunt Aeschylus, Sophocles, Euripides.

## LIII.

### Περὶ Ὁμήρου

### De Homero:

Quem celebrat Chrysostomus.

## LIV.

### περὶ Σωκράτους

### De Socrate:

Quem laudibus similiter prosequitur.

## LV.

### Περὶ Ὁμήρου, καὶ Σωκράτους

### De Homero, et Socrate:

Dialogus, quo Socrates, Homerum dicitur sectatum fuisse, atque imitasse.

## LVI.

### Ἀγαμέμνων, ἢ περὶ Βασιλείας

### Agamemnon, sive de Regno:

Quod ait Dio futurum esse, ut recte administretur, si quemadmodum Agamemnon Nestoris, ita Reges sapientum virorum consiliis juvari se sinant.

## LVII.

## Νέστωρ

## Nestor:

Sive quomodo Reges monendi sint.

## LVIII.

## Ἀχιλλεύς

## Achilles:

Qui reprehenditur, eo quod Chironem contempserit, docentem, prudentiam potius, et artem, quam vires corporis, in bello adhibendas esse.

## LIX.

## Φιλοκτήτης

## Philoctetes:

Sive de Ulysse ad Philoctetem veniente, ut Herculis arcum ipsi auferat.

## LX.

## Νέσσος, ἢ Δεϊάνειρα

## Nessus, sive Dejanira:

Fabulae de Nesso, et Dejanira, ab Archilocho, et Sophocle enarratae interpretatio.

## LXI.

Χρυσηΐς

Chryſeis:

ſive de Chryſeidis deſcriptione, quae eſt apud Homerum, ac de ejus laudibus.

## LXII.

Περὶ Βασιλείας, καὶ Τυραννίδος

De Regno, et Tyrannide:

Comparatio boni Regis, cum Tyranno.

## LXIII. LXIIII. LXV.

Περὶ τύχης, λόγοι γ΄.

De fortuna, ſermones III:

Fortunam omnia poſſe in vita hominum, ab his vero haud recte incuſari docet Chryſoſtomus.

## LXVI. LXVII. LXVIII.

Περὶ δόξης, λόγοι γ΄.

De Gloria, ſermones III:

Vulgarem gloriam, id ſcilicet, quod gloriae vocabulo vulgus intelligit, contemnere jubet Dio. Pulchras hiſce ſermonibus, utilesque conſiderationes contineri inquit Photius.

## LXIX.

Περὶ ἀρετῆς

De virtute:

Quam multis laudatam, paucis cultam ait Dio.

### LXX.

Περὶ φιλοσοφίας
De Philoſophia:

Quam non in verbis, ſed in operibus, ac ſapientiae ſtudio poſitam docet Chryſoſtomus.

### LXXI.

Περὶ φιλοσόφου
De Philoſopho:

Philoſophum, eum vocat auctor, qui cognitione illorum, quae ad recte, et beate vivendum conferunt, excellit.

### LXXII.

Περὶ τοῦ σχήματος
De habitu:

A quo neminem, philoſophum eſſe judicandum, monet Dio.

### LXXIII.

Περὶ πίστεως
De Fiducia:

ſive de damno, quo fides pluribus habita ipſos adfecit.

## LXXIV.

### Περὶ ἀπιστίας
### De Diffidentia:

Dialogus de aliis non temere credendo, quem laudat Stobaeus. (139)

## LXXV.

### Περὶ νόμου
### De lege:

Quam auctor laudibus extollit.

## LXXVI.

### Περὶ ἔθους
### De conſuetudine:

Quam cum lege scripta comparatam huic anteponit.

## LXXVII. LXXVIII.

### Περὶ φθόνου, λόγοι β΄.
### De invidia, Dialogi II:

Invidiam veri philoſophi haud eſse ait Dio, ſed humanitatem potius, ac benefaciendi ſtudium.

## LXXIX.

### Περὶ πλούτου

---

(139) Stobaeus, in Eclog. Serm. 4.

## De Divitiis:

Quibus paupertatem praefert Chrysostomus, cum justitia conjunctam.

## LXXX.

## Περὶ ἐλευθερίας

## De Libertate:

Quam abesse contendit auctor ab iis, qui affectionum suarum haud tenent imperium. Haec Dionis nostri scripta, quae temporis injurias vitasse, omnibus sane doctis viris gaudendum. His nescio an addendae:

## Ἐπιστολαὶ

## Epistolae:

Eas continet Codex quidam, cujus meminit Mingarelli. (140.) Titulum habent: Ἐπιστολαὶ Δίωνος = Epistolae Dionis. = Prima epistola, teste eodem Mingarelli, inscribitur: Δίων Ῥούσῳ = Dio Ruso =; incipit autem: Συνίστημί σοι. Secunda inscripta: Ῥούφῳ = Rufo =, incipit: Τερέντιον τὸν ἐμὸν ἑταῖρον. Tertia, quae inscribitur: Εὐσεβίῳ = Eusebio =, incipit: Παρόντα σε βλέπειν οἴομαι. Quarta inscripta τῷ Αὐτῷ = Eidem =, hoc habet initium: Ἀνιαρὰ μὲν εἶναι τὰ συμβάντα Δρακοντίῳ. Quinta, quae Σαβιανῷ = Sabiano = inscribitur, sic in=

---

(140.) Mingarelli, Graec. Codic. manuscr. ap. Nanios Patric. Venet. asservat. Cod. 281. num. 113.

cipit: Οὐκ ὀκνῶ τοῦ γράφειν. Porro epistolas scripsit Dio noster, quas insigniter laudat Philostratus.(141.) Τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου, ait ille, μετὰ τοὺς παλαιοὺς, ἄριστά μοι διεσκέφθαι δοκόῦσι, φιλοσόφων μὲν, ὁ Τυανεὺς, καὶ ΔΙΩΝ· στρατηγῶν δὲ Βροῦτος, ἢ ὅτω Βροῦτος ἐς τὸ ἐπιστέλλειν ἐχρῆτο = Epistolarem scribendi characterem optime, post veteres perspexisse mihi videntur, e philosophis quidem, Tyanensis, et Dio; e ~~phi~~ ducibus vero Brutus, sive is, quo usus est Brutus ad conscribendas epistolas.= Suae ad Nervam epistolae ipse meminit Chrysostomus. (142.) Epistolas quinque supra memoratas, in libro Συμμίκτων VII. edere constituerat Allacci.

## §. XIV.

### Dionis Scripta deperdita.

Praeter ea, quae memoravi, alia etiam scripsit Dio, quae nostra in damna ruentia saecula sustulerunt. Ex his, quae in veterum adhuc extantibus scriptis memorantur, Alphabetico ordine hic recensebo.

Περὶ τῶν ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ἀρετῶν, βιβλία ή.
De Alexandri virtutibus, Libri VIII:

Suidae memorati.

---

(141.) Philostratus, Epist. I.

(142.) Dio Chrysostomus, Orat. 44.

## ΓΕΤΙΚΑ

## Geticae:

Laudantur a Philostrato, (143.) qui ita scribit: ὡς δὲ καὶ ἱστορίαν ἱκανὸς ἦν συγγράφειν, δηλοῖ τὰ Γετικά. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐς Γέτας ἦλθεν, ὁπότε ἠλᾶτο = Eum autem historiae etiam eti scribendae idoneum fuisse, ostendunt Getica. Nam errans, ad Getas quoque pervenit. = Equidem Getica Dioni Cassio tribuit Suidas: (144.) Δίων, ὁ Κάσιος χρηματίσας... ἔγραψε... Γετικὰ = Dio, dictus Cassius... scripsit Getica. = Similiter Jornandes: (145.) = Dio historicus, et antiquitatum diligentissimus inquisitor, qui operi suo Getica titulum dedit;....hic Dio regem illis post tempora multa commemorat Telephum. = Alibi ait idem auctor: (146.) = pene omnibus barbaris Gothi sapientiores semper extiterunt, Graecisque pene consimiles, ut refert Dio, qui historias eorum, annalesque Graeco stilo composuit. = Quem locum exscripsit Freculphus, (147.) omissa tantum post verbum = sapientiores = voce

---

(143.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. I. in vita Dion.

(144.) Suidas, Lex. art. Δίων ὁ Κάσιος.

(145.) Jornandes, De rebus Gethic. Cap. 9.

(146.) Idem, l. c. Cap. 5.

(147.) Freculphus, Chron. Lib. II. Cap. 16.

= semper. = Sed Philostrati auctoritatem majoris faciunt, quam illas Suidae, et Jornandis, Kuster, (148.) Fabricius, (149.) et Reimar, (150.) ideoque Getica Dioni Chrysostomo tribuenda putant, quamquam Casaubonus (151.) respexisse autumet Philostratum ad Dionis sermonem Borysthenitícum. Equidem hujusce sermonis initium prope ad historicam narrationem adcedit: sed nimis hoc leve est ut exinde colligere potuerit Philostratus, historiae scribendae aptum fuisse Dionem. = Probabilius est, ait optime Reimar, confusas esse a Scriptoribus personas diversas, ex nominis similitudine, et Dioni Cassio, qui ex Historici fama notior erat, Getica quae Prusaeus Philosophus et Sophista scripserat esse tributa. =

## 'ΕΝΟΔΙΑ

## Observata in itinere:

Quae Dionis historici scriptis Suidas (152.) sui connumerat, = sed.. Dioni Chrysostomo rectius competerent, inquit Reimar, (153.) quem per varias gentes peregrinatum esse constat. =

---

(148.) Kuster, ad Suid. (149.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 10. §. 4. 7. in not. (150.) Reimar, de Vita, et Scr. Cas. Dion. Commentar. §. 1. 15. (151.) Casaubonus, Diatrib. I. in Dion. Chrysostom. (152.) Suidas, Lex. art. Δίων ὁ Κάσιος.

(153.) Reimar, de Vita, et Scr. Cas. Dion. Comment. §. 15.

## ’ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ
## Epistolae:

De quibus dixi ſupra, agens de Dionis ſcriptis, quae extant.

## ’Εγκώμιον ‘ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ, καὶ Πλάτωνος
## Herculis, et Platonis Encomium:

A Suida memoratum. Ad illud ſuſpicatur Reimar (154.) reſpexiſſe Apostolium, (155.) et Suidam ipſum (156.) cum ait: Οὐδὲ Ἡρακλῆς πρὸς δύο· τοὺς Μολιονίδας ἔφυγε. Δίων δὲ ἐν δευτέρῳ τῆς δευτέρας συντάξεως, Ἡρακλέα τὸν Ἰδαῖον Δάκτυλον, καταδείξαντα Ὀλύμπια, πρὸς δύο διαπυκτεύσαντα ἡττηθῆναι = Nec Hercules contra duos: Moliondes Hercules fugit. Dio vero in ſecundo ſecundae ſeriei ait Herculem Dactylum Idaeum, qui Olympia ~~reperit~~ invenit, cum viris duobus pugilatu certaret, victum fuiſſe. =

## ΚΟΜΗΣ ’Εγκώμιον
## Encomium Comae:

Memoratur Synesio, qui contra Dionem ſcripſit φαλάκρας ἐγκώμιον = encomium Calvitiei. = Hujusce libri initio ait ille: Δίωνι τῷ χρυσῷ τὴν γλῶτταν ἐποιήθη βιβλίον,

---

(154.) Idem, l. c. §. 2.

(155.) Apostolius, Collect. Proverb. Centur. XV. Prov. 3.

(156.) Suidas, Lex. art. Οὐδὲ Ἡρακλῆς.

κόμης ἐγκώμιον, οὕτω δῆτα λαμπρὸν, ὥς ἀνάγκην εἶναι, παρὰ τοῦ λόγου φαλακρὸν ἄνδρα αἰσχύνεσθαι = A Dione lingua aureo scriptus fuit liber, comae encomium continens, ita sane praeclarus, ut ex eo vir calvus pudore adficiatur oporteat. = Dionis Scriptum de quo agitur memorat etiam Joannes Tzetzes: (157.)

'Ως ὕστερον Συνέσιος ἐγκώμιον φαλάκρας,
'Ανθ' ὧνπερ ὁ Χρυσόστομος, ὁ Προυσαεὺς, ὁ Δίων,
Πολὺ τελῶν παλαίτερος αὐτοῦ τοῦ Συνεσίου,
Ῥητορικῶς συνέγραψεν ψόγον κατὰ φαλάκρας
= Ut postea Synesius encomium Calvitii,
Adversus quae Chrysostomus, Prusaeus, Dio,
Multis temporibus antiquior ipso Synesio,
Rhetorice scripsit Calvitii vituperationem. =

### Εἰ φθαρτὸς ὁ ΚΟΣΜΟΣ
### An mundus sit corruptibilis:

Memorat Suidas.

### ΚΩΝΩΠΟΣ ἔπαινος
### Laus Culicis:

Cujus mentio apud Synesium. (158.)

---

(157.) Tzetzes, Chiliad. XI. ver. 725. seqq. (158.) Synesius, in Dio=

## ΛΟΓΟΙ. πολλοὶ, καὶ ποικίλοι

## Orationes multae, et variae:

Quae in Photii manus haud pervenerunt. In his fuere et Oratio Prusae habita, pro infelici quodam viro, contra ejusdem cognatos, ac tutores, quam ipse memorat Dio; (159.) et illa, qua Euenos commendavit Chrysostomus, teste Synesio; atque illa, qua probavit malam consuetudinem defendi haud posse a diuturnitate temporis, quo ipsa viguit, Dioni ipsi nostro commemorata; (160.) itemque illa Prusaeis dicta, cujus meminit idem Chrysostomus Oratione quadragesima, nisi respiciat ad quadragesimam tertiam, vel eam, quae postea sequitur Orationem; aliaeque tandem, quas postea infra recensebo.

## ΜΕΜΝΩΝ

## Memnon:

Oratio Synesio (161.) memorata, qui de illa ait: ἐν τούτῳ μέν γε καὶ ὑπότυφός ἐστιν ἡ ἑρμηνεία = in hac fastuosa etiam est eloquutio. =

---

ne, vel de ipsius Vit. instit.

(159.) Dio Chrysostomus, Orat. 43.

(160.) Idem, Orat. 31.

(161.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vit. inst.

### Πρὸς ΜΟΥΣΩΝΙΟΝ.
### Contra Musonium:

Ut scribit Fabricius; (162.) sive: = ad Musonium =, ut reddit Petau: sed Fabricii interpretatio magis placet. Memorat hanc Orationem Synesius. (163.)

### Ὑπὲρ ὉΜΗΡΟΥ πρὸς Πλάτωνα, βιβλία δ΄.
### Pro Homero adversus Platonem, Libri IV.

Quos laudat Suidas.

### ΤΕΜΠΩΝ φράσις
### Tempe descriptio:

Synesio (164.) memorata.

### Τὰ κατὰ τὸν ΤΡΑΙΑΝΟΝ
### Res Trajani:

Opus, quod Dioni Cassio tribuit Suidas, (165.) sed ad Dionem potius Chrysostomum pertinuisse, videtur quodammodo Reimar (166.) suspicari, sic enim ait: = Attamen de Traja-

---

(162.) Fabricius, Biblioth. Lib. IV. Cap. 10. §. 1. in not.

(163.) Synesius, in Dione, vel de ipsius vit. instit.

(164.) Idem, l. c.

(165.) Suidas, Lex. art. Δίων ὁ Κάσιος. (166.) Reimar, de Vita, no melius referre Dio Chrysostomus potuisset; nisi ab avo isthoc suo quaedam memoriae prodita Cassius acceperit. =

## Κατὰ τῶν ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ

## Adversus Philosophos:

Oratio, quam memorat Synesius: ὅθεν ὅ τε κατὰ τῶν φιλοσόφων αὐτῷ λόγος ἐσπουδάσθη σφόδρα ἀπεικονισμένος, καὶ οὐδὲν σχῆμα ὀκνήσας· καὶ ὁ πρὸς Μουσώνιον ἕτερος τοιοῦτος. Unde Oratio contra Philosophos ab eo multis cum imaginibus elaborata fuit, nullo schemate praetermisso: et talis est etiam altera Oratio contra Musonium. =

## ΨΙΤΤΑΚΟΥ ἔπαινος

## Psittaci Laus:

Philostrato, (167.) et Synesio (168.) memorata.

---

et Script. Cas. Dion. Commentar. §. 15.

(167.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. I. in Vita. Dion.

(168.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vitae instituto.

# II.

## De Vita, et Scriptis
## Aelii Aristidis
## Commentarius

# De Vita, et Scriptis
# Aelii Aristidis.

## §. I.

### Aristidis Nomina.

Notissimum sane inter Rhetores Aristidis nomen, ac magnis saepe laudibus exornatum. Aristides simpliciter noster auctor haud raro vocatur in veterum scriptis. Exemplo sint Themistius, (1.) Synesius, (2.) Aphthonii Scholiastes, et Theodulus, sive Thomas Magister, (3.) Aristidem saepissime laudans. Interdum Aristides ipse, ὁ Ῥήτωρ = Rhetor = vocatur, ut in Suida, (4.) Tzetze, (5.) Sophoclis Scholiaste, (6.) et Eudo=

---

(1.) Themistius, Orat. 26.

(2.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vitae instituto.

(3.) Theodulus, Voc. Attic. Eclog.

(4.) Suidas, Lex. art. Ἀδριανὸς Σόφιστ. Γρηγόριος Ναζ. Πολέμων Λαοδικ. ——— ——— ———

(5.) Tzetzes, ad Lycophron. Alexandr. vers. 836. 1378. 1432.

(6.) Scholiastes Sophoclis, ad Antig. vers. 362.

cia Augusta, quae Capite 153. ineditae Ἰωνιᾶς, seu Violarii, agit περὶ Ἀριστείδου τοῦ Ῥήτορος = de Aristide Rhetore. = Aelii etiam nomine Aristidem fuisse adpellatum, constat ex inscriptione suae ad M. Aurelium Antoninum, et Commodum, de eversione Smyrnae urbis epistolae, quae sic se habet: Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ Σεβαστῷ, καὶ Αὐτοκράτορι Καίσαρι Αὐρηλίῳ Κομόδῳ Σεβαστῷ, Αἴλιος Ἀριστείδης χαίρειν = Imperatori Caesari Marco Aurelio Antonino Augusto, et Imperatori Caesari Aurelio Commodo Augusto, Aelius Aristides Gaudere. = Alibi etiam Aelium se vocat Aristides. (7.)

## §. II.

### Aristidis Pater, et Patria.

Filius fuit Aristides Eudaemonis Philosophi, teste Suida. (8.) Ideo Philostratus (9.) nescio quam lepido joco eum vocat εἴτε~~τε~~ ΕΥΔΑΙΜΟΝΟΣ, εἴτε εὐδαίμονα = sive Beati filium, sive beatum. = Eudaemon enim graece valet = beatus. = Smyrnaeus dicitur Aristides a Georgio Syn=

---

(7.) Aelius Aristides, Orat. V. Sac.

(8.) Suidas, Lex. art. Ἀριστείδης.

(9.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. II. in Vita Aristidis.

cello, (10.) et Joanne Siculo. (11.) Aeneas Gazæus (12.) ἔστω, inquit Σμυρναῖος Ὅμηρος, Ἀριστείδης κοινωνείτω τῆς φιλοτιμίας = Smyrnaeus esto Homerus, Aristides honoris hujusce cupiditatis particeps fiat: = et auctor veteris Epigrammatis: (13.)

Νεῖκος Ἀριστείδης Ἰάδων κατέπαυσε πολήων
  Τὸ πρὶν Ὁμηρείης εἶχον ὑπὲρ γενεῆς.
Φασὶ γὰρ πᾶσαι, Σμύρνη τέκε θεῖον Ὅμηρον,
  Ἡ καὶ Ἀριστείδην ῥήτορα γειναμένη.
= Jurgium Aristides Ionicarum compescuit urbium,
  Quod antea de Homerico habebatur genere.
Dicunt enim omnes, Smyrna produxit Divinum Homerum,
  Quae et Aristidem rhetorem genuit. =

Aristides vero a Smyrnaeis civitate donatus fuit, non enim Smyrna eum genuit, sed urbs quaedam, cui nomen Ἁδριανοὶ = Hadriani, = ut patet ex Philostrato, (14.) et Suida. (15.) Auctor vetus argumenti ὑποθέσεως in Aristi=

---

(10.) Syncellus, Chronograph. III

(11.) Joannes Siculus, Commentar. Manuscr. ad Hermog.

(12.) Aeneas Gazaeus, Epist. 18.

(13.) Anthologia Lib. 14. Cap. 21.

(14.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. II. in Vita Aristidis.

(15.) Suidas, Lex. art. Ἀριστείδης.

dis Panathenaicum, quem Sopatrum vocabo, haec de illo scribit: Ἐγένετο δὲ ἐξ Ἁδριανουπόλεως τῆς Ἰωνίας, Ἁδριανοὶ γὰρ οἱ πολῖται αὐτῆς λέγονται. τινὲς δὲ Σμυρναῖον αὐτὸν λέγουσι, πλανηθέντες ἀπὸ τοῦ ἐκεῖσε φοιτᾷν τῷ Πολέμονι διδασκόμενον = Fuit ex Hadrianopoli Joniae, Hadriani enim ejus cives vocantur: Nonnulli Smyrnaeum eum dicunt, ab eo decepti; quod Smyrnam ad Polemonem audiendum proficisceretur. = Ἁδριανέων = Hadrianorum meminit ipse Aristides. (16.) Haud magna haec urbs fuit, teste Philostrato, (17.) sita in ea Joniae regione, quae antea Mysia, inde Bithynia dicta fuit, ut ait Suidas: (18.) Ἁδριανοὶ δὲ πόλις Μυσίας, τῆς νῦν Βιθυνίας = Hadriani autem urbs Mysiae, quae nunc Bithynia dicitur. = Μυσίου πεδίου = Campi Mysii = mentio apud Aristidem, (19.) ex quo discimus in Hadrianorum urbe fuisse Hadriani templum Ἁδριανεῖον. (20.) Urbs illa ad Olympum posita fuit, ut constat ex nummo Se-

---

(16.) Aelius Aristides, Orat. III. Sac.

(17.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. II. in Vita Aristidis.

(18.) Suidas, Lex. art. Ἀριστείδης.

(19.) Aelius Aristides, Orat. Panathen.

(20.) Idem, Orat. I. Sac.

ptimii Severi ab Ezechiele Spanheim exhibito, ubi haec legitur inscriptio: ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΠΡΟϹ ΟΛΥΜΠΟΝ = Hadrianorum ad Olympum. = Urbs ista Hadrianorum eadem fuit cum illa, cui nomen = Hadriani venationes. = Hanc memorant Aristides ipse, (21.) et Xiphilinus de Hadriano scribens: (22.) καὶ πόλιν ἐν τῇ Μυσίᾳ οἰκίσας, Ἀδριανοῦ θήρας αὐτὴν ὠνόμασεν = et urbe condita in Mysia, Hadriani venationes eam adpellavit. = Urbem istam memorat et Malalas, (23.) cujus haec verba: ὁ δὲ αὐτὸς Ἀδριανὸς ἔκτισε πόλιν ἐν τῇ Θράκῃ ἣν ἐπεκάλεσεν Ἀδριανούπολιν· καὶ ἄλλην δὲ ἔκτισε πόλιν, ἣν ἐκάλεσεν Ἀδριανοῦ θήρας = Idem Hadrianus urbem aedificavit in Thracia, quam vocavit Hadrianopolim: et alteram condidit civitatem, cui nomen dedit; Hadriani venationes. = Urbem hanc ab Hadriano extructam, = Hadriani venationes = vocatam, memorat etiam Cedrenus. (24.) Oppidum eam dicit Spartianus: (25.) = Oppidum Adrianotheras in quodam loco, quod illic et feliciter

---

(21.) Idem, l. c.

(22.) Xiphilinus, in Vita Hadriani.

(23.) Malalas, Chronograph. Lib. XI.

(24.) Cedrenus, Histor. Compend. (25.) Spartianus, in vita esset venatus, et ursam occidisset aliquando,, constituit. = Zonaras (26.) ita scribit: καὶ ἐν Μυσίᾳ πόλιν ᾤκισεν, Ἀδριανοῦ θήρας καλέσας αὐτὴν = et Urbem in Mysia extruxit, Hadriani venationes eam vocans. =

## §. III.

### Aristidis aetas, et nativitas.

Floruit Aristides sub Antonino Pio, ejusque successore M. Aurelio Antonino. Syncellus (27.) Aristidem ponit anno mundi 5665. ejusdem M. Aurelii quarto. Haec ejus verba: Γαληνὸς ἰατρὸς ἄριστος ἤκμαζε τῷ γένει Περγαμηνός. Ἰουλιανὸς νομοθέτης ἐν Ῥώμῃ, καὶ Φρόντων ὁ Ῥήτωρ. ἈΡΙΣΤΕΙΔΗΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ ΣΟΦΙΣΤΗΣ. Νικόστρατος λογοποιός. Ὀππιανὸς Κίλιξ ποιητὴς Ἀλιευτικῶν. Σέξτος ἀδελφιδοῦς Πλουτάρχου τοῦ Χαιρωνέως φιλοσόφου. Ἀττικὸς Πλατωνικὸς φιλόσοφος = Galenus medicus optimus florebat, genere Pergamenus. Julianus Jurisperitus Romae, et Fronto Rhetor. Aristides Smyrneus Sophista. Nicostratus Orator. Oppianus Cilix Halieuticon poeta. Sextus sororis Plu-

---

Aelii Adriani.

(26.) Zonaras, Annal. Lib. XI. Cap. 23.

(27.) Syncellus, Chronograph.

tarchi Chaeronensis philosophi filius. Atticus Platonicus Philosophus. = Ubi plures Aristidi nostro coaevi docti viri memorantur. Nicostratum Aristidis aequalem fuisse notat etiam Suidas, (28.) qui et Aspasium Byblium Sophistam Aristidi coaevum fuisse ait.(29.) Quo tempore natus sit Aristides, liceat colligere ex themate ejus genethliaco, quod ipse refert, (30.) Leonem habuisse se dicens in medio coeli, atque in medio coeli a Jovis dextris, sub Leone quadratum fuisse Mercurium, hunc vero, et Jovem habuisse matutinos.

## §. IV.

### Aristidis Praeceptor, Polemo.

Praeceptore Polemone usum fuisse Aristidem, testatur Suidas ~~tum~~ tum alibi, (31.) tum cum de Gregorio Nazianzeno ait: (32.) ἠκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι τοῦ Λαοδικέως, τοῦ σοφιστεύσαντος ἐν Σμύρνη, ὃς ἐγεγόνει διδάσκαλος Ἀριστείδου τοῦ Ῥήτορος = Sequutus est cha-

---

(28.) Suidas; Lex. art. Νικόστρατος.

(29.) Idem, l. c. art. Ἀσπάσιος Βύβλ.

(30.) Aelius Aristides, Orat. IV. Sac.

(31.) Suidas, Lex. art. Ἀριστείδης, Διονύσιος ὁ Ἀρεωπαγ. Πολέμων ~~Λαδικ.~~ Λαοδικ.

(32.) Idem, l. c. art. Γρηγόριος Ναζ.

racterem Polemonis Laodiceni, qui sophisticam artem Smyrnae docuit, et magister fuit Aristidis Rhetoris. = Quod hic de Aristide nostro inquit Suidas, confirmatur a Sopatro. Polemonis Sophistae celeberrimi sub Trajano, Hadriano, ac Pio Antonino clari vitam narrat Philostratus, (33.) qui varia illius scripta memorat. De eo consulendi, praeter Philostratum ipsum, Suidas, (34.) Phrynichus, (35.) Galenus, (36.) Hieronymus. (37.) Mentio Polemonis etiam apud Sopatrum, cujus notatu dignus est hic quem adfero locus: Τρεῖς φοραὶ Ῥητόρων γεγόνασιν· ὧν ἡ μὲν πρώτη ἀγράφως ἔλεγεν, ἧς ἐστι Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς κατ᾽ ἐκείνους Ῥήτορες. Ἡ δὲ δευτέρα ἐγγράφως, ἧς ἐστι Δημοσθένης, καὶ Αἰσχίνης, καὶ Ἰσοκράτης, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, ἡ πραττομένη τῶν Ῥητόρων δεκάς. Καὶ αὗται οὖν αἱ δύο φοραὶ ἐν Ἀθήναις γεγόνασιν. Ἡ δὲ τύχη καὶ τῇ Ἀσίᾳ τούτων δωρεῖται φορὰν, τρίτην οὖσαν ἐπιστήμην, ἧς ἐστι **ΠΟΛΕΜΩΝ**, Ἡρώδης, Ἀριστείδης, καὶ

---

(33.) Philostratus, Vit. Sophis. Lib. I.

(34.) Suidas, Lex. art. Διονύσιος ὁ Ἀρεωπαγ. Πολέμων Λαοδικ.

(35.) Phrynichus, de Voc. Attic.

(36.) Galenus, Commentar. in Hippocrat. de articul.

(37.) S. Hieronymus, Catal. Script. Ecclesiast.

οἱ μετὰ τούτους τοὺς χρόνους γεγόνασι Ῥήτορες = Tres Rhetorum fuere proventus, quorum primus quidem sine scriptis est fatus: ex eo autem sunt Themistocles, Pericles, et Rhetores, qui eorum tempore vixerunt. Secundus, cum scriptis loquutus est: sunt vero ex eo Demosthenes, Aeschines, Isocrates, et qui cum ipsis floruerunt, unde Rhetorum decas efformata est. Et hi quidem proventus duo, Athenis fuerunt. Sed et Asiae ~~te~~ Rhetorum proventum sors dedit, tertiam scilicet scientiam, ex qua sunt Polemo, Herodes, Aristides, et Rhetores, qui post horum tempora vixerunt = Polemonis meminit etiam Anna Comnena (38.) haec scribens: Καὶ τίς ἂν ἢ Δημοσθένους ἠχὼ, ἢ ῥοῖζος Πολέμωνος; ἢ Ὁμηρικαὶ πᾶσαι Μοῦσαι τὰ ἐκείνῳ κατωρθωμένα πρὸς ἀξίαν ὑμνήσειαν; = Et quisnam vel Demosthenis sonitus, vel Polemonis strepitus, vel omnes Homericae Musae res ab illo gestas, ut par est celebraverint? = Polemonem nominat Syncellus agens de anno mundi 5621. Christi 121: (39.) Φαβουρῖνος, καὶ Πολέμων ὁ ῥήτωρ ἐγνωρίζοντο = Phavorinus, et Polemo Rhetor innotescebant. = Eusebius (40.) loquens de anno Christi 134. Olympiade 227. = Phavorinus, inquit, et Polemon Rhetores insignes habentur. =

---

(38.) Anna Comnena, Alexiad. Lib. X.

(39.) Syncellus, Chronograph. (40.) Eusebius, in Chron.

## §. V.

### Aristidis Praeceptor alter, Herodes Atticus.

Athenis Herodem Atticum ab Aristide fuisse auditum, testatur Suidas. (41.) Videndus et Philostratus. (42.) De Herode Attico agunt Philostratus ipse, (43.) et Suidas. (44.) Ejus meminere etiam Lucianus, (45.) Plutarchus, (46.) Pausanias, (47.) Damascius apud Photium, (48.) Aulus Gellius, (49.) Syncellus. (50.) Ἡρώδης Ῥήτωρ Ἀθηναῖος = Herodes Rhetor Atheniensis: = ita ille postquam Polemonem no-

---

(41.) Suidas, Lex. art. Ἀριστείδης.

(42.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. II. in Vita Aristidis.

(43.) Idem, l. c. in Vita Herodis.

(44.) Suidas, Lex. art. Ἡρώδης.

(45.) Lucianus, in Vita Demonactis.

(46.) Plutarchus, Symposiac. Quaestion. Lib. 8. quęst. 4.

(47.) Pausanias, in Attic. et Achaic.

(48.) Damascius, in Vita Isidori ap. Photium Biblioth. Cod. CCXLII.

(49.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. IX. Cap. 2. Lib. XVIII. Cap. 10. Lib. XIX. Cap. 12.

(50.) Syncellus, Chronograph.

minavit. De Herode Attico Athenaeus: (51) οἶδα δὲ καὶ Ἡρώδην τὸν Ἀττικὸν ῥήτορα ὀνομάζοντα τροχοπέδην τὸ διαβαλλόμενον ξύλον διὰ τῶν τροχῶν, ὅτε κατάντεις τόπους ὁ ὀχούμενος ἐπορεύετο = Novi et Herodem Atticum rhetorem, τροχοπέδην vocantem, lignum rotis trajectum, cum per declivia loca vectus ageretur. = Magister fuit Herodes M. Aurelii Antonini Imperatoris, ut constat ~~ex~~ e Xiphilino: (52) τόν τε Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον, καὶ τὸν Ἡρώδην τὸν Κλαύδιον διδασκάλους εἶχε = et Cornelium Frontonem, et Claudium Herodem magistros habuit. = Julius Capitolinus (53) = Oratoribus, inquit, usus est graecis, Annio Macro, Caninio Celere, et Herode Attico; Latino, Frontone Cornelio. = Idem auctor de L. Vero loquens ait: (54) Audivit Scaurum Grammaticum latinum Scauri filium, qui Grammaticus Adriani fuit. Graecos, Telephum, atque Phertionem, Harpocrationem. Rhetores, Apollonium, Celerem Caninium, Herodem Atticum; Latinum, Cornelium Frontonem. = Herodis Attici, ejusque uxoris Regillae, de qua Philostratus, memi=

---

(51) Athenaeus, Deipnosoph. Lib. III.

(52) Xiphilinus, in Vita M. Antonini Philos.

(53) Julius Capitolinus, in Vita M. Antonini Philos.

(54) Idem, in Vita Veri.

nit Apostolius. (55.) Ejus patrem commemorat Theophylactus Bulgarorum Archiepiscopus: (56.) κατ' ἐκεῖνον τὸν Ἀττικοῦ, τοῦ τὸν σοφιστὴν τεκόντος Ἡρώδην = juxta filium illum Attici, Herodis Sophistae patris. = Atticum ipsum memorant Philostratus, (57.) et Zonaras (58.) ita scribens: ἐκείνου γὰρ μοναρχοῦντος, Ἀττικὸς ὁ τοῦ σοφιστοῦ Ἡρώδου πατὴρ, ὡς ὁ Φιλόστρατος ἐν τοῖς βίοις τῶν σοφιστῶν ἀνεγράψατο, θησαυροῦ τι εὗρεν ἐπὶ τῆς οἰκείας χρῆμα ἀμύθητον = Illo enim regnante, Atticus Herodis Sophistae pater, ut Philostratus scripsit in Vitis Sophistarum, thesauri cujusdam inexprimibiles divitias domi invenit. = Herodis scripta quaedam memorat Philostratus, (59.) itemque Suidas. (60.) Inscriptionem veterem graecam Romae effossam in Via Appia, dedicationem pagi continentem a quodam Herode H factam, Herodi Attico tribuendam su-

---

(55.) Apostolius. Collect. Proverb. Centur. XVII. Prov. 76.

(56.) Theophylactus, Epist. 71.

(57.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. II. in Vita Herodis.

(58.) Zonaras, Annal. Lib. XI. Cap. 20.

(59.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Herod.

(60.) Suidas, Lex. art. Ἡρώδης.

spicatur Salmasius, (61.) qui de hac re consulendus. Herodem quemdam graecum poetam laudat Plinius junior, (62.) sed hunc cum Herode Attico confundendum negat Tillemont: (63.) = Pline le jeune parle d' un Herode excellent poëte grec. Mais on voit qu' il estoit au moins aussi ancien que Pline mesme. Ainsi ce n' est pas celui dont nous parlons, comme un homme habile l' a cru. = Herodes Ἰαμβοποιὸς = Poeta Jambicus = laudatur a Zenobio. (64.) Ejus jambos citat etiam Maximus Martyr; (65.) ac Stobaeus (66.) Herodem laudat in Mimiambis. Herodis Attici hoc circumfertur epitaphium: ΑΤΤΙΚΟΥ ΗΡΩΔΗΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ, ΟΥ ΤΑΔΕ ΠΑΝΤΑ ΚΕΙΤΑΙ ΤΩΙ ΔΕ ΤΑΦΩΙ, ΠΑΝΤΟΘΕΝ ΕΥΔΟΚΙΜΟΣ = Attici Herodes Marathonius, cujus haec omnia jacent in hoc tumulo, undequaque probatus. =

---

(61.) Salmasius, ad Herod. Inscription.

(62.) Plinius, Epistol. Lib. IV. epist. 3:

(63.) Tillemont, Hist. des Emper. Emp. Tite Antonin art. 9.

(64.) Zenobius, Collect. Proverb. Centur. VI. Prov. 10.

(65.) S. Maximus, Cap. Theolog. Serm. 41.

(66.) Stobaeus, in Eclog. serm. 72. 77. 96. 115.

## §. VI.

### Aristidis Praeceptores alii.

Praeter Polemonem, et Herodem, Aristoclem quoque Pergami Aristides audivit, quod constat e Philostrato,(67.) et Suida.(68.) Hujus Aristoclis Vitam exponit Philostratus,(69.) scripta quaedam Suidas (70.) commemorat. De eo haud praetereundus locus Synesii, qui sequitur: (71.) τὴν δὲ προαίρεσιν οὐχ εἷς ὁ Δίων, οὐδὲ μετὰ τούτων τακτέος, ἀλλὰ μετὰ Ἀριστοκλέους, ἀπεναντίας μέν τοι κἀκείνῳ. Ἄμφω μέν γε μεταπεπτώκασιν: ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐκ φιλοσόφου, καὶ μάλα ἐμβριθοῦς, καὶ πρόσω κατειχότος τὸ ἐπισκύνιον, ἐτέλεσεν εἰς σοφιστὰς, καὶ τρυφῆς ἁπάσης οὐχ ἥψατο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐς ἄκρον ἐλήλακεν· ἐννεάσας δὲ τῇ προστασίᾳ τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου δογμάτων, καὶ συγγράμματα ἐξενηνοχὼς εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἅ-

---

(67.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. II. in vita Aristidis.

(68.) Suidas, Lex. art. Ἀριστείδης.

(69.) Philostratus, Vit Soph. Lib. II.

(70.) Suidas, Lex. art. Ἀριστοκλῆς Περγαμ.

(71.) Synesius, in Dione, vel de ipsius vitae instituto.

ξια φιλοσόφου σπουδῆς, οὕτω τι ἥττων ἐγένετο δόξης σοφιστικῆς, ὡς μεταμέλειν μὲν αὐτῷ γερῶντι τῆς ἐν ἡλικίᾳ σεμνότητος, κόψαι δὲ τὰ Ἰταλικά τε, καὶ Ἀσιανὰ θέατρα μελέταις ἐναγωνιζόμενον· ἀλλὰ καὶ κοττάβοις ἐδεδώκει, καὶ αὐλητρίδας ἐκόμιζε, καὶ ἐπήγγελλεν ἐπὶ τούτοις συσσίτια = Quoad institutum vero nec solus est Dio, nec iis connumerandus, sed cum Aristocle ponendus, diversa tamen de caussa. Siquidem uterque descivit: sed Aristocles ex philosopho, et quidem valde gravi, ac prominentis supercilii, factus est Sophista, et delicias omnes non modo degustavit, sed in illis ad summum elatus est: atque cum Peripateticis doctrinis defendendis vacasset, scriptaque in ~~in~~contra Graecos edidisset philosophicae diligentiae digna; adeo sophisticae gloriae subditus evasit, ut eum senem poeniteret gravitatis, quam juvenis habuerat; Italica, et Asiatica theatra certatoriis declamationibus caederet; quin etiam cottabis indulgeret, et tibicinas adcersiret, et insuper convivia condiceret. = Aristocli cuidam Phrynichus sophistici sui apparatus libros nonnullos inscripsit, teste Photio, (72) sed hunc cum Aristocle Pergameno Sophista confundendum haud putat Tillemont. (73)

---

(72) Photius, Biblioth. Cod. CXXIII.

(73) Tillemont, des Empereurs Emp. M. Aurele Antonin Art. 31.

Praeceptorem alterum, et nutricium suum memorat Aristides (74.) Alexandrum Cotyaeum, in cujus obitum etiam peculiarem scriptum confecit. De hoc Alexandro Stephanus Byzantinus: (75.) Ἔνθα ἦν Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδου, Γραμματικὸς πολυμαθέστατος χρηματίζων; ὃς περὶ παντοδαπῆς ἔγραψε ὕλης τεσσαρακονταδύο λόγους. = Ibi erat Alexander Asclepiadis eruditissimus Grammaticus vocatus, qui de omnigena materia scripsit libros quadraginta duos. = Alexandrum hunc memorat etiam Eustathius, (76.) ac bis laudat auctor magni Etymologici, (77.) quem Alexandrum ipsum innuere putat Meursius etiam voce ἄχνη, (78.) ubi pro: Ἀλεξανδρεὺς δὲ = Alexandrinus autem =, Meursius ipse, (79.) et Sylburgius recte legunt: Ἀλέξανδρος δὲ = Alexander autem. = Porro Cotyaeus Alexander, idem videtur cum A=

---

(74.) Aelius Aristides, Serm. funeb. de Alexandro, et Orat. I. Sac.

(75.) Stephanus Byzantinus, De Gent. art. κοτιάειον.

(76.) Eustathius, ad Homer. Iliad. Lib. XI.

(77.) Etymologicum magnum art. δέδοικα, περιῤῥηδής.

(78.) Meursius, Biblioth. Graec. Lib. I. art. Alexander Cotyaeus.

(79.) Idem, l. c.

lexandro illo Grammatico, quem memorat M. Aurelius Antoninus, (80.) et A. quo M. Aurelium ipsum usum fuisse testatur Julius Capitolinus: (81.) =Usus praeterea Grammaticis, Graeco, Alexandro; quotidianis Latinis, Trosio, Apro, et Pollione, et Eutychio Proculo Siccensi. = Alexandrum Cotyaeum cum Cornelio Alexandro Polyhistore Milesio, male confundunt Berkelius, et Jonsius. (82.)

## §. VII.

### Aristidis familiares, et discipuli.

Dionem quemdam sibi amicum, καὶ πραγμάτων, καὶ λόγων ἔμπειρον = agendi, et dicendi peritum, = ipse laudat Aristides. (83.) Incertum, utrum idem ille sit cum Dione Chrysostomo. Hunc, ab Aristidis amico propter temporis rationem distinguere videtur Clarissimus Reimar. (84.) Memorat Aristides Alcimum διοικητὴν = administratorem = suum, (85.)

---

(80.) M. Aurelius Antoninus, ad seipsum Lib. I. Sect. 10.

(81.) Julius Capitolinus, in Vita M. Antonini Philos.

(82.) Jonsius, De Scriptor. Histor. Philosophic. Lib. I. Cap. 15.

(83.) Aelius Aristides, Orat. Aegypt.

(84.) Reimar, De Vita, et Script. Cas. Dion. Commentar. §. 2.

(85.) Aelius Aristides, Orat. IV. Sac.

patrem Philumenes, (86.) quam σύντροφον = contubernalem = suam ipse vocat. Ab Aristide ipso memoratur Neritus ejus τροφεὺς = nutricius =; (87.) ac Hermias, (88.) qui τῶν τροφίμων τοῦ Ἀριστείδου ὁ πλείστου ἄξιος vocatur. (89.) Discipulum nullum, aut valde paucos auditores Aristidi fuisse, colligere quis posset ex veteri hoc disticho:

> Χαίρετ', Ἀριστείδου τοῦ Ῥήτορος ἑπτὰ μαθηταὶ,
> 
> Τέσσαρες οἱ τοῖχοι, ϰαὶ τρία συψέλια.
> 
> = Salvete, Aristidis Rhetoris septem discipuli,
> 
> Quatuor parietes, atque tria subsellia. =

Sed distichon hoc ad Rhetorem alium pertinere, ab Aristide nostro diversum putat Sopater, cujus sententiam rectam vocat Fabricius. (90.) Tam magnam auditorum copiam, cum publice loqueretur, habuisse se testatur Aristides, (91.) ὥστε οὐδὲν ἦν, πλὴν ἀνθρώπων ϰεφαλὰς, ὁρᾷν, ϰαὶ οὐδὲ ἂν τὴν χεῖρα διέσωσας μέσην οὐδαμοῦ = ut non

---

(86.) Idem, Orat. V. Sac.

(87.) Idem, Orat. III. Sac.

(88.) Idem, Orat. V. Sac.

(89.) Idem, Orat. II. Sac.

(90.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 30. §. 4.

(91.) Aelius Aristides, Orat. V. Sac.

nisi hominum capita cerni possent, nec manum usquam in medio servasses. = In Eteoneum Cyzicenum discipulum suum funebrem Orationem noster auctor conscripsit. Hactenus de Aristidis Praeceptoribus, familiaribusque, ac discipulis; nunc ad Aristidem ipsum transeamus. :

## §. VIII.

### Aristidis infirmitates, et itinera.

Decem annorum morbo se laborasse narrat Aristides, (92.) sui vero curam Deos habuisse, atque ab Aesculapio σωτῆρι = Servatore =, Sarapide, et Iside, de repellendo morbo in somniis fuisse se monitum. Consulendae hac de re ejus Ἱεροὶ λόγοι = Orationes Sacrae = ita dictae, eo quod colloquia cum Diis contineant, ut ipse docet Aristides. (93.) Ibi tum infirmitates suas, tum somnia, et alia de se ipso narrat auctor, unde Ἐφημερίδας = Ephemerides =, seu Diaria Orationes illas quodammodo vocat Philostratus, (94) qua de re audiendus Synesius (95.) haec scribens: εἰ γὰρ τὰς

---

(92.) Idem, in Oration. Sacris.

(93.) Idem, orat. de inconcinne dicto.

(94) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. II. in Vita Aristid. (95.) Sy-

ἐφημερίδας ὁ Λήμνιος σοφιστὴς ἀγαθὰς εἶναι διδασκάλους φησὶ τοῦ περὶ ἅπαντος εὖ εἰπεῖν, τῷ μηδὲ τῶν μειόνων ὑπερορᾷν, ἀλλ᾽ ἀναγκὴν εἶναι διὰ πάντων ἰέναι φαύλων τε, καὶ σπουδαίων· πῶς οὐκ ἄξιον ἄγασθαι τὰς ἐπινυκτίδας εἰς ἑρμηνείας ὑπόθεσιν; = Si enim Lemnius Sophista, Ephemerides, bonas dicat esse magistras recte de omnibus loquendi, eo quod non minora contemnant, sed per omnia necessario excurrant tam levia, quam gravia; quomodo ad constituendum orationis argumentum, acta nocturna haud opportuna putentur? = Ad Synesium haec adnotat Nicephorus: (96.) ὥσπερ καὶ Ἀριστείδης ὁ Ῥήτωρ ἐποίησε. Σὺν γὰρ τοῖς ἄλλοις βιβλίοις αὐτὸς συνεγράψατο καὶ βιβλίον ἕτερον περιέχον κατὰ λεπτὸν τοὺς ὀνείρους αὐτοῦ, οὓς ἐν τῇ νόσῳ ἑώρα αὐτοῦ. Φιλόστρατος μέν τοι ὁ Λήμνιος, τοὺς βίους τῶν σοφιστῶν ἀναγράφων, μέμνηται καὶ τοῦ τοιούτου Ῥήτορος, καὶ φησὶ περὶ αὐτοῦ τάδε· „Ἀριστείδην δὲ τὸν εἴτε εὐδαίμονος, εἴτε εὐδαίμονα, Ἀδριανοὶ μὲν ἤνεγκαν· οἱ δὲ Ἀδριανοὶ πόλις οὐ μεγάλη ἐν Μυσοῖς· Ἀθῆναι δὲ ἤσκησαν κατὰ τὴν Ἡρώδου ἀκμὴν,

---

nesius, De Insomn.

(96.) Nicephorus Gregoras, Schol. ad Synes. de insomn.

καὶ τὸ ἐν τῇ Ἀσίᾳ Πέργαμον κατὰ τὴν Ἀριστοκλέους γλῶτταν. Νοσώδης δὲ ἐκ μειρακίου γενόμενος, οὐκ ἠμέλησε τοῦ πονεῖν. Τὴν μὲν οὖν ἰδέαν τῆς νόσου, καὶ ὅτι τὰ νεῦρα αὐτῷ ἐπεφρίκει, ἐν ἱεροῖς βιβλίοις αὐτὸς φράζει· τὰ βιβλία ταῦτα ἐφημερίσων ἐπέχει τινὰ αὐτῷ λόγον· αἱ δὲ ἐφημερίδες, ἀγαθαὶ διδάσκαλοι τοῦ περὶ παντὸς εὖ διαλέγεσθαι = Ut egit etiam Aristides Rhetor. Cum caeteris enim libris, aliud ille scriptum composuit, continens ad levia usque descripta quae aegrotans viderat somnia. Philostratus equidem Lemnius, scribens Sophistarum Vitas, hunc Rhetorem etiam memorat, atque haec de illo ait: „ Aristidem sive beati filium, sive beatum, Hadriani quidem genuerunt; (sunt autem Hadriani haud magna Mysorum civitas;) Athenae vero docuerunt in Herodis flore, ac Pergamum Asiae, Aristoclis lingua. Infirmus ab adolescentia, laborare haud neglexit. In sacris igitur libris ipse morbi speciem exponit, et nervos ejus horruisse ait. Hos autem libros, veluti diaria, scripturus, quemdam sibi aptat dicendi modum. Sane Ephemerides, bonae sunt magistrae de omnibus recte disserendi.„= Ἐφημερίδας = Ephemerides =, seu Diaria scripserat etiam Aristidis Praeceptor Herodes Atticus; de quo supra jam dixi; ut constat e Philo=

strato, (97.) et Suida, (98.) qui Diaria illa, σύγγραμμα πολυμαθὲς = eruditum scriptum = adpellat. Caeterum, quod spectat ad jactata Aristidis somnia, sacrasque ejus Orationes, memorandum mihi subit Horatianum illud: (99.)

= velut aegri somnia vanae
Finguntur species. =

Equidem Aristidis somnia optime ejus aegritudini convenisse videntur. Ad regiones varias itinera suscepit Aristides. Athenis Herodem, Pergami Aristoclem audivisse supra jam dixi. Ad Aethiopiam usque profectum se esse, Aegyptumque totam quater perlustrasse, ipse testatur Aristides. (100.) Cyzicum ille petiit, (101.) ac Romam, ubi Orationem de Urbis hujusce laudibus recitavit. Itinerum suorum historiam tradit Aristides in Orationibus Sacris.

---

(97.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Herod.

(98.) Suidas Lex. art. Ἡρώδης.

(99.) Horatius, Art. Poet. vers. 7. seq.

(100.) Aelius Aristides, Orat. Aegypt.

(101.) Idem, Orat. V. Sac.

## §. IX.

### Aristides, vivens honoribus adfectus.

Flaminem Dialem in patria sua Aristidem fuisse, testatur Suidas. (102.) Aesculapii Sacerdotio apud Smyrnaeos functus fuit Aristides ipse, commune vero Asiae Sacerdotium ἱερωσύνην κοινὴν τῆς Ἀσίας, sibi exhibitum recusavit, perinde ac ἐκλογέως = exactoris = officium, ut ipse narrat. (103.) A Severo Asiae praefecto creatus Irenarcha, hanc quoque dignitatem suscipere renuit. (104.) Apud Imperatorem M. Aurelium Antoninum, quem celebrat in Oratione de Romae laudibus, aliaque peculiari, gratiosus fuit Aristides, atque ab illo filioque ejus Commodo perpetuae immunitatis donum adcepit. (105.) Legimus in Philostrato, M. Aurelium Antoninum Smyrnam venisse, Aristidem vero nonnisi post tres dies ad Imperatorem ingressum, ut

---

(102.) Suidas, Lex. art. Ἀριστείδης.

(103.) Aelius Aristides, Orat. IV. Sac.

(104.) Idem, l. c.

(105.) Idem, l. c.

moram suam excusaret dixisse, se cuidam scripto conficiendo vacasse, et cum Imperator scriptum illud audire vellet, petiisse Aristidem, ut sui adessent discipuli, atque plaudendi fieret illis potestas, quod ei subridens Imperator concessit. Smyrnae terraemotu eversae restaurationem ab Imperatore ipso, et Commodo impetravit, scripta ad ipsos epistola, qua lecta, adeo motum fuisse narrant M. Aurelium, ut lacrymas compescere haud valuerit. Aristidis grati beneficio aeneam illi statuam juxta Aesculapii fanum Smyrnaei posuere, ut constat ex Aristide ipso, (106.) et Philostrato, (107.) qui hanc statuae inscriptionem additam ait: Σμύρνης οἰκιστῇ = Smyrnae conditori. = Aristidis simulacrum in Bibliotheca Vaticana collocari jussit Pius IV. Pontifex Maximus, ac proprium nomen in basi reponi curavit. Ex hoc simulacro descriptam Aristidis sedentis, et valde senis imaginem exhibet Jacobus Gronovius in tertio Graecarum Antiquitatum volumine.

---

(106.) Idem, Orat. I. Sac.

(107.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Aristidis.

## § X.

### Aristidis aemuli, et in eo reprehensa.

Aemulum Aristidi fuisse Hadrianum Sophistam, auctor Suidas. (108.) De eo plura tradit Philostratus. (109.) Galenus (110.) eum ait adfuisse sibi medice quaedam exequenti. Hadrianum Philosophum memorat Simplicius. (111.) Huc facit locus Sopatri, qui sequitur: τοῦ δὲ Μάρκου φοιτήσαντος ταῖς Ἀθήναις, ὁ μὲν Ἁδριανὸς Σοφιστὴς εἰπὼν παραχρῆμα πάντας ἐξέπληξε, πᾶν γὰρ, ὃ ὡρίζετο αὐτὸς σχεδιάζων ἔλεγε. Πρὸς τοῦτο δὲ εἶπεν ὁ Ἀριστείδης τῷ Μάρκῳ παρὼν καὶ αὐτὸς ἐν Ἀθήναις, ὅτι ἡμεῖς τῶν ἐμούντων οὐκ ἐσμὲν, ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων, καὶ τῶν ἀρεσκόντων. Ἀλλ᾽ ὅμως εἰπὼν καὶ αὐτὸς πλέον ἐξέπληξε, καὶ ἐτιμήθη σφόδρα = Cum Marcus Athenas venisset, Hadrianus quidem Sophista ex tempore dicens, omnes admiratione perculit, cuncta enim, quae de-

---

(108.) Suidas, Lex. art. Ἁδριανὸς Σοφιστ.

(109.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Hadriani.

(110.) Galenus, De Praecognitione Cap. 5.

(111.) Simplicius, ad Aristot. Categorias.

finiverat illico exposuit. Ad hoc inquit Aristides, qui Marco et ipse aderat Aris 'Athenis, non ex iis nos sumus, qui vomunt, sed qui expoliunt, ac probant. Attamen dicens et ille, perculit magis, multosque honores est adsequutus. = De celebri illo Aristidis effatu, quem hic refert Sopater, consulendi Eunapius, (112.) ac Joannes Tzetzes, pr (113.) praeter Philostratum, (114.) qui Aristidem non Athenis, sed Smyrnae M. Aurelium fuisse adloquutum ex Damiano Ephesio scribit, additque de argumento Orationis ab Aristide coram Principe ex tempore dictae sibi non constare. Indicat tamen argumentum ipsum Sopater, qui refert etiam Herodem Atticum Aristidis gloriae invidisse, lepidamque hac de re narrationem adgreditur. Βουλόμενος δὲ, ita ille, τότε εἰπεῖν τὸν Παναθηναϊκὸν, ἐκωλύετο παρὰ Ἡρώδου τοῦ Σοφιστοῦ, τοῦ Ἀθηναίου, ὡς δυνάστου, τοῦτο μὲν ὅτι αὐτὸς ἦν τότε ὁ τὸν θρόνον ἐπέχων τὸν σοφιστικὸν, καὶ ἀπὸ ὑπάτων κατήγετο· τοῦτο δὲ ὅτι καὶ Μάρκος αὐτῷ φίλιος ἦν, ποτὲ γὰρ εὑρὼν θησαυρὸν, ἐδίδου τῷ Βασιλεῖ αὐτὸν, ὁ δὲ Βα=

---

(112.) Eunapius, Vit. Soph. in Vita Proaeres.

(113.) Tzetzes, Chil. XI. vers. 676. seq.

(114.) Philostratus. Vit. Soph. Lib. II. in Vita Aristid.

σιλεὺς εἶπε, κέχρησο αὐτῷ. Αὖθις δὲ προσάγων αὐτὸν τῷ Βασιλεῖ ἔφη, εἶναι ὑπὲρ ἰδιώτην τὸν θησαυρόν. Ὁ δὲ Βασιλεὺς πάλιν εἶπε πρὸς αὐτὸν, καὶ κατάχρησο. Μὴ δυνάμενος οὖν διὰ τὸν φθόνον τοῦ Ἡρώδου, μηχανῇ αὐτὸν μετῆλθεν. Ἀναθέμενος γὰρ αὐτῷ ἄλλον Παναθηναϊκὸν εὐτελῆ, καὶ ψυχρὸν, ὃς καὶ φέρεται, ἠδυνήθη λαβεῖν τὴν ἄδειαν τοῦ λέγειν παρ' αὐτοῦ, νομίσαντος Ἡρώδου ὅτι αὐτὸν μέλλει λέγειν, καὶ ἀσχημονεῖν. Εἰσελθὼν δὲ εἶπε τοῦτον τὸν καὶ ἀναγινωσκόμενον, καὶ θαυμαζόμενον, καὶ πάνυ ηὐδοκίμησε. Λέγεται δὲ Παναθηναϊκὸς, διότι ἐν τοῖς Παναθηναίοις ἐλέχθη = Volens autem tunc dicere Panathenaicum prohibebatur ab Herode Sophista, utpote qui potentia praeditus erat, tum quia throno tunc potiebatur sophistico, et genus ducebat a Consulibus; tum quia Marcus ipsi erat amicus, nam inventum olim thesaurum Imperatori dedit, qui dixit, Illo utere. Iterum vero ei thesaurum exhibens ait, Major est thesaurus, quam ut meam deceat conditionem. Imperator ei denuo respondit, Etiam abutere. Cum igitur Aristides Panathenaicum dicere nequiret, propter Herodis invidiam, illum artificio circumvenit. Ei enim exhibens Panathenaicum alium exilem frigidumque, qui etiam circumfertur, potuit ab illo dicendi veniam impetrare, cum exi-

stimaret. Herodes, Aristidem Panathenaicum ipsum dicturum; atque indecore acturum. Verum ingressus Aristides Panathenaicum istum et lectum, et admiratione adfectum recitavit, atque in magnam venit ęstimationem. Vocatur autem Panathenaicus, eo quod in Panathenaeis dictus fuerit. = Contra, Aristidem, pro Caussidicis ὑπὲρ τῶν δικολόγων, scripsit Sergius Zeugmatensis, teste Suida. (115.) Fuit hic Sergius Aphthonii filius, vir consularis, et Patricius. Aristidis aequalem fuisse constat ex Suida, (116.) qui fratrem ejus Sabinum, in quem funebrem Orationem scripsit Sergius, sub Hadriano Caesare vixisse ait. Adversus Aristidem scripsit etiam Porphyrius εἰς τὸ Θουκυδίδου προοίμιον = in Thucydidis prooemium = Libros septem Suidae (117.) memoratos. De libris illis Holstenius: (118.) = Hoc opere omnem Graeciae antiquitatem copiosius a Porphyrio pertractatam fuisse arbitror: quam Thucydides egregio illo historiae suae exordio strictim percensendo delibat. = Sed cum ad=

---

(115.) Suidas, Lex. art. Σέργιος.

(116.) Idem, l. c. art. Σαβῖνος.

(117.) Idem, l. c. art. Πορφύριος.

(118.) Holstenius, Dissertat. de Vita, et Scriptis Porphyrii Cap. 7.

versus Rhetorem scriptum fuerit illud opus haud puto historicas ibi res pertractasse Porphyrium. Non alienum forte ab hoc loco erit animadvertere, reprehendi Aristidem a Photio, (119.) quod ad superfluitatem potius, quam ad mediocritatem, immo ad nauseam etiam eo utatur stylo, quo usus est Demosthenes in Orationibus contra Midiam, et Aeschinem. Ego certe, ne verum taceam, in Aristide damnandam censeo nimiam φιλοδοξίαν, seu gloriae cupiditatem, et suimetipsius laudem, quidquid ipse in sui defensionem scribat ea oratione, quam de laude propria composuit. Modo enim immortalem sibi gloriam apud posteros pollicetur, et se in eloquentiae aetate, ut arte, ut Alexander in bellica virtute, ad summum ait pervenisse; (120.) modo se haud Platoni secundum innuit in Epistolis conscribendis; (121.) interdum oratorias dotes haud negat omnes in se esse complexum; (122.) interdum etiam ad eloquentiae studium sepe se vocatum scribit divinitus. (123.) Qui=

---

(119.) Photius, Biblioth. Cod. CCXLV.

(120.) Aelius Aristides, Orat. IV. Sac.

(121.) Idem, l. c.

(122.) Idem, Orat. in exultantes sophistas.

(123.) Idem, l. c.

bus lectis, ſapientem virum caeca ſcriptoris φιλαυτίᾳ ſtomachari neceſſe est.

## §. XI.

### Ariſtidis mors, et laus.

Usque ad Commodi Imperium, vitam ab Ariſtide productam teſtatur Suidas. (124.) Diem extremum ſexagenarius obiit, ſive etiam, ut in Philoſtrato legimus, ſeptuagenarius. (125.) Ubi deceſſerit ignotum. Genus mortis indicat auctor graeci ad Ptolemaei Harmonica ſcholii ita ſcribens: ὁποῖον καὶ Ἀριστείδης ὁ Ῥήτωρ ἐπεπόνθει τὸν γὰρ τελευταῖον τῶν ἱερῶν λόγων αὐτοῦ τελειῶσαι οὐκ ἔφθασεν οὐδ' ἐκεῖνος, ἐτελεύτησεν γὰρ πρότερον, νόσῳ χρησάμενος ἀπροσδοκήτῳ = Ut etiam Ariſtides Rhetor paſſus fuerat, ad finem enim extremae ex ſacris ejus orationibus haud pervenit, ſed priusquam ſermonem perficeret, inopino morbo correptus interiit. = Fama obiit jam tota in Græcia notiſſimus, nec gloriam ei mors ademit, ſed auxit potius, magiſque firmavit. Ut Proaereſius βασιλεύων λόγων = Orationum Rex,=

---

(124.) Suidas, Lex. art. Ἀριστείδης.

(125.) Philoſtratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Ariſtid.

et Theodotus Sophista Ῥητορικῆς ὄφελος = Rhetoricae emolumentum = vocati fuerunt; ita Aristides ἀστὴρ Ῥητορικῆς = astrum Rhetoricae = dictus fuit a Theodulo, ſive Thoma Magistro = in Epigrammate, (126.) quo Demosthenem, Thucydidem, nostrumque Rhetorem ſimul conjungit. Aristidis aequalis Phrynichus, cum in Orationibus ejus incidisſet, Aristidem ipsum laudibus in coelum tulit, teste Photio, (127.) qui Oratorem nostrum, ut et alios viros quamplurimos doctrina praestantes, invidia addit fuisse petitos. Joannes Siculus in manuscripto ad Hermogenem Commentario haec habet: Αὐτίκα Λογγῖνος, ὡς οἱ Φιλόλογοι δεικνύουσιν, ἄριστος ἐπιμερίσαι τὴν λόγων ἰδέας, δημιουργῆσαι δὲ τοιούτους ἥκιστα. Καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασεὺς, καὶ Σμυρναῖος ὁ ἈΡΙΣΤΕΙΔΗΣ περὶ ἰδεῶν τε, καὶ τέχνης γράψαντες, βοῦτα κάρας, ἡ παροιμία φησί· δημιουργοὶ δὲ λόγων πολλῶν, καὶ καλῶν. Ubi βάτα κάρας; pro βοῦτα κάρας legendum monet Schardam, (128.) qui de adlato Joannis Siculi loco haec

---

(126.) Anthologia Lib. IV. Cap. 31.

(127.) Photius, Biblioth. Cod. CLVIII.

(128.) Schardam, Dissert. Philolog. de Vita, et ſcriptis Longini §. 10.

ait. (129) =Eloquentiam Longini ita abjicit et contemnit Graeculus ineptus, Joannes Siceliota,... ut eum nihil ad Dionysium Halicarnassensem et Aristidem esse dicat. Nos quidem non sumus ii, qui orationibus, quas Dionysius historiae interposuit, eloquentiae laudem detrahamus, aut Demosthenem feliciter ab Aristide expressum esse negemus. Veruntamen uterque, nostrâ sententiâ, cum Longino comparatus, jacet, et velut spiritu caret.= Sed nihil Aristidi nostro honorabilius, quam Longini ipsius judicium, Critici vere acutissimi, et recentibus etiam humaniorum litterarum cultoribus haud injucundi, qui de Aristide ipso quomodo senserit, docet Sopater his verbis: Περὶ δὲ τοῦ χαρακτῆρος, καὶ τῆς ἐν λόγῳ φύσεως, τοῦτο γὰρ παρήκαμεν ἐν τοῖς ἄνω εἰπεῖν, ἤδη μὲν Λογγῖνος, καὶ πάντες οἱ κριτικοὶ πολλὰ προειρήκασιν, ὡς γόνιμος, ὡς ἐνθυμηματικὸς τυγχάνει (Ἀριστείδης) καὶ βίαιος, καὶ καθόλου τὸν Δημοσθένην μιμούμενος = Quod spectat autem ad characterem, et Orationis naturam, id enim supra dicere praetermisimus, jam Longinus, et Critici omnes multa praefantur, et foecundum, et acrem argumentatorem esse (Aristidem) et impetu ruere, et generatim Demosthenem imitari. = Quid plura? en Longinus in brevi quodam fragmento, quod e codice Vaticano editum est, Aristidem primis graecae eloquentiae Principibus connumerat: Κορωνὶς δ' ἔστω λόγου παντὸς, ϰαὶ φρονήματος Ἑλληνιϰοῦ, Δημοσϑένης, Λυσίας, Αἰσχίνης, ἈΡΙΣΤΕΙΔΗΣ, Ἰσαῖος, Τίμαρχος, Ἰσοϰράτης, Δημοσϑένης ὁ Κρίϑινος, Ξενοφῶν = Apex autem omnis grecae eloquentiae, atque spiritus sint, Demosthenes, Lysias, Aeschines, Aristides; Isaeus, Timarchus, Isocrates, Demosthenes, Xenophon. = Ab Aristidis eloquentia factum, ut pro insigni Oratoris exemplo haberetur, adeo ut, sicut ille ad Demosthenis, ita alii ad Aristidis imitationem intenderent. Εὔϰολος δὲ ἀϰὴρ εἰπεῖν, de Himerio inquit Eunapius, (130.) ϰαὶ συνηρμοσμένος, ϰρότον δὲ ἔχει, ϰαὶ ἦχον ἡ συνϑήϰη πολιτιϰὸν, ϰαί που σπάνιος, ϰαὶ παρὰ τὸν ϑεῖον Ἀριστείδην ἵσταται = Facilis vir est in dicendo, et apte constringens, plausumque habet in compositione, civilemque sonum, et quamvis raro, interdum tamen ad divinum Aristidem effertur. = De Himerio consulendi Photius, (131.) Suidas, (132.) Liba-

---

(129) Idem, l. c. §. 12.

---

(130.) Eunapius, Vit. Soph. in Vita Proaeresii.

(131.) Photius, Biblioth. Cod. CLXV. CCXLIII.

(132.) Suidas, Lex. art. Ἱμέριος.

nius, Socrates, (133.) Sozomenus, (134.) Tzetzes, (135.) Eustathius. (136.) Theophylactus Bulgariae Archiepiscopus, Constantini Porphyrogenetae matrem laudaturus, (137.) ἀλλὰ τίς ἄν μοι δώσει, ait, τὴν Ἡροδότου γλυκύτητα, καὶ τὴν Ἀριστείδου πυκνότητα, ἵνα μηδὲν ἀξιόλεκτον παραλείψαιμι; = Sed quis mihi dabit Herodoti suavitatem, et Aristidis sensuum frequentiam, ut nihil dignum dictu praeteream? = Libanius quamvis contra Aristidem scribens Orationem ὑπὲρ τῶν ὀρχηστῶν = pro Saltatoribus =, Adversarium tamen suum laudibus onerat. Synesius (138.) Orationem pro quatuor Viris, magnam Aristidi famam apud Graecos comparasse scribit, et dum Orationem illam Rhetoricae regulis haud subjici posse ait; ipsam egregie laudat, miram quamdam, et abditam dicens in ea contineri pulchritudinem. Ἀριστείδην δὲ, ita ille, ὁ πρὸς Πλάτωνα λόγος;

---

(133.) Socrates, Histor. Eccles. Lib. IV. Cap. 26.

(134.) Sozomenus, Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 17.

(135.) Tzetzes, Chil. VI. ver. 328.

(136.) Eustathius, ad Hom. Iliad. Lib. I. II. Odyss. Lib. IX. XII.

(137.) Theophylactus, Institut. Reg. Par. I. Cap. 7.

(138.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vitae instituto.

ὑπὲρ τῶν τεσσάρων, πολὺν ἐκήρυξεν ἐν τοῖς Ἕλλησιν. οὗτος μὲν καὶ τέχνης ἁπάσης ἀμοιρῶν, ὅνγε οὐδ᾽ ἂν ἐπαγάγοις εἴδει ῥητορικῆς, οὔκουν ἐκ τοῦ δικαίου, καὶ τῶν νόμων τῆς τέχνης· συγκείμενος δ᾽ οὖν ἀποῤῥήτῳ κάλλει, καὶ θαυμαστῇ τινὶ χάριτι, εἰκῇ πως ἐπιτερπούσῃ τοῖς ὀνόμασι, καὶ τοῖς ῥήμασιν = Aristidem autem Oratio contra Platonem, pro quatuor viris multa inter Graecos celebritate donavit. Haec equidem et artis omnis est expers, adeo ut eam nulli rhetorico generi adſcribas; nec justo, artisque legibus respondet, ſed ſecreta quadam compoſita est pulchritudine, ac gratia quadam mirabili, nominibusque quodammodo, ac vocibus; abſque artificio, delectat. = Alibi etiam Aristidem memorat Synesius: (139) πρόσειπε παρ᾽ ἐμοῦ πάνυ πολλὰ τὸν σεβασμιώτατον Μαρκιανὸν, ὃν εἰ προλαβὼν ἈΡΙΣΤΕΙΔΗΝ, Ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἔφην ἐληλυθέναι, μόλις ἂν ἔτυχον τῆς ἀξίας, ὅτι πλέον ἐστὶν, ἢ τύπος = Meo nomine ſalutem plurimam nuncia Marciano venerandiſſimo, quem ſi praecurrens Aristidem, Mercurii ſcientiarum praeſidis typum dicerem ad homines veniſſe, vix ut par est loquerer, plus est enim aliquid, quam typus. = Ubi respexit Synesius ad illa Aristidis verba: ὃν ἐγὼ φαίην ἂν Ἑρμοῦ τινὸς λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους κατελθεῖν = quem ego dixerim Mercurii alicujus studiorum praesidis typum ad homines venisse. = Quod spectat ad Mercurium illum Scientiarum praesidem Ἑρμῆν λόγιον, non praetereundum vetus Epigramma, (140.) quod ita se habet:

---

(139) Idem, Epist. 101.

Εἰκὼν Καλλίστου τοῦ Ῥήτορος, οἱ δὲ παρ' αὐτὴν
Ἐρχόμενοι, Ἑρμῇ σπένδετε τῷ λογίῳ
= Imago Callisti Rhetoris, qui vero juxta ipsam
Transitis, Mercurio libate studiorum praesidi. =

Proaeresius Sophista, ut refert Eunapius, (141.) vocatus fuit Ἑρμοῦ λογίου τύπος = Mercurii scientiarum praesidis typus. =

## §. XII.

### Aristidis Scripta, quae extant.

Quamplurimas Aristidis Orationes extitisse inquit Suidas. (142.) Commentarium in Rhetorem nostrum scripsit,

---

(140.) Anthologia Lib. IV.

(141.) Eunapius, Vit. Soph. in Vita Proaeres.

(142.) Suidas, Lex. art. Ἀριστείδης.

BIBLIOTECA

eodem Suida teste, Metrophanes Sophista ex Eucarpia oriundus, oppido Phrygiae, qui Hermogenis etiam artem Rhetoricam commentatus est, ideo Ἑρμογένους ἐξηγητὴς = Hermogenis enarrator = dictus in Graecis Scholiis ad Hermogenem ipsum, in quibus saepe adlegatur. Scripsit etiam Metrophanes de Phrygia libros duos, de formis orationum, et de caussarum statibus opera Suidae memorata. Alius a Metrophane isto fuit Metrophanes Sophista Lebadiensis, de quo Suidas; aliusque etiam Metrophanes item Sophista, Lacharis ἔκγονος, de quo Suidas ipse, et Damascius apud Photium. (143) Metrophanem illum, qui in Aristidem Commentarium edidit memorat Stephanus Byzantinus, (144) agens de ejus patria Eucarpia. Nescio an ad Metrophanem pertineant Scholia in Aristidem, quae adhuc extant. Aristidis ipsius scripta edita habentur quotquot hic recensebo.

## I.

### Εἰς Δία, ὕμνος ἄνευ μέτρου

### In Jovem, hymnus sine metro:

Ex voto scriptus cum e magna tempestate sospes au=

---

(143) Damascius, in vita Isidori. ap. Phot. Biblioth. Cod. CCXLII.

(144) Stephanus Byzantinus, De Gent. art. εὐκαρπία.

ctor evasisset.

## II.

## Μαντευθοῖ Ἀθηνᾷ

## Minervae Divinatrici:

Oratio ex prece, et laudibus constans, quam dicere in somniis sibi visus erat Aristides. Huic orationi, ut refert Bandini, (145) Graeculus quidam in Laurentiano Codice adscripserat: οὐδὲν ἔχει σπουδῆς ἄξιον = nihil habet cura dignum:= quod judicium alius improbans addidit: οὐχ ὡς κριτικὸς Λογγῖνος ταῦτα γράφεις = Non ut Criticus Longinus haec scribis. =

## III.

## Ἰσθμικὸς εἰς Ποσειδῶνα

## Isthmicus in Neptunum:

Oratio in Isthmiis habita Neptuno sacris, qua Corinthum laudat Aristides, atque Imperatori, Graecisque bona precatur.

## IV.

## Διόνυσος

---

(145) Bandini, Catal. Biblioth. Laurent.

### Bacchus:

Sive Oratio in Bacchum, ejusque laudes.

## V.

### Ἡραϰλῆς
### Hercules:

Sive Herculis encomium, quod auctor sibimetipsi in somniis dicere visus fuerat.

## VI.

### Λαλιὰ εἰς Ἀσϰληπιόν
### Sermo in Aesculapium:

Cujus beneficia celebrat Aristides, ab eoque valetudinem ait sibi redditam, et porrecta ad scribendum auxilia, et Caesarum familiaritatem, gratiamque concessam.

## VII.

### Ἀσϰληπιάδαι
### Asclepiadae:

Seu de laudibus Podalirii, et Machaonis, sororum item Asclepiadarum, atque Hippocratis.

## VIII.

### Εἰς τὸν Σάραπιν

### In Sarapim:

Qui Aristidem a tempestate illaesum eruerat. Oratio scripta ex voto.

## IX.

### Εἰς Βασιλέα

### In Imperatorem:

Sive M. Aurelii Antonini laus. Smyrnae hanc Orationem habitam fuisse putat Fabricius. (146.) Nolo praetermittere Orationem ipsam haud probari a solertisimo superioris saeculi Critico, praestantissimoque Oratore, Thomas, (147.) cujus verba referre lubet. = Son panégyrique de Marc-Aurèle surtout, ait ille, est trop inférieur au sujet. On n' y trouve ni élévation, ni chaleur, ni sensibilité, ni force. L' éloquence en est foible, et la philosophie commune. Je défie tout homme sensible de penser une heure à Marc-Aurèle, et de ne pas faire mieux. = Quod judicium, quamvis Aristidi nostro iniquum, rejicere prorsus haud ausim.

---

(146.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 30. §. 5.

(147.) Thomas, Essai sur les Eloges Chap. 16.

## X.

## Ἀπελλᾷ Γενεθλιακὸς
## Apellae Genethliacus:

Oratio in Apellae, Frontonis nobilissimi Pergameni filii, natalem.

## XI.

## Εἰς Ἐτεωνέα ἐπικήδειος
## In Eteoneum Oratio funebris:

Laus Eteonei Cyziceni, Aristidis discipuli, vita functi.

## XII.

## Ἐπὶ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιτάφιος
## De Alexandro sermo funebris:

Seu epistola ad Alexandri concives Cotyaenses, qua et Alexandrum magistrum suum laudat Aristides, et Cotyaenses hortatur ut uxoris, filiorumque Alexandri ipsius morte peremti curam gerant, eosque aere publico alant.

## XIII.

## Παναθηναϊκὸς
## Panathenaicus:

Sermo celeberrimus de Athenarum laudibus, ad Isocratis imitationem compositus, unde Tzetzes (148.) de hujus Panathenaico dixit:

> Καὶ τὸν εἰς Παναθήναια τὸν μέγιστον τῶν λόγων,
> οὗπερ τὸν νοῦν ἐσύλησεν ὅλον ὁ Ἀριστείδης
> Et Orationem in Panathenaea; Orationum maximam,
> Cujus Ideam totam furatus est Aristides.=

Ex Oratoris nostri Panathenaico excerpta habentur in Photio. (149.) Extat hujus Orationis Graecā ὑπόθεσις sive argumentum, cujus auctor =neque ineruditus, neque inelegans= dicitur a Leone Allacci. (150.) Sopatro Sophistae Apameensi eam ὑπόθεσιν tribuunt Lambecius, ac Nesselius. Laudat Theophilus Corydalleus Aristidis Panathenaicum, et Orationem in Romam, quae sequitur.

## XIV.

### Εἰς Ῥώμην

### In Romam:

Oratio de Romae, et Romani Imperii laudibus, ex voto ab Aristide scripta, ac Romae habita. Carmen Scipionis Carteromachi, in hanc Orationem latine a se versam, et Galeoto Cardinali Della Rovere dicatam adscribere

---

(148.) Tzetzes, Chil. 11. ver. 662. seq.

(149.) Photius, Biblioth. Cod. CCXLVI.

(150.) Allacci, De Patria Homeri Cap. 12.

juvat:

=Roma licet per te populis et sis cognita cunctis,
Et pateat late nomen ubique tuum,
Debet Aristidi multum tua fama superstes,
Externo longe clarior eloquio.
Nunc quoque cum data sis oculis spectanda latinis,
Ipse tibi videor non tribuisse nihil.
Haec tamen est omnis Galeoti gratia, cujus,
Quicquid id est faustis scribimus auspiciis.
Romuleae valeant prisca incunabula ficus.
Sub quercu aspiceris Roma eadem, et legeris.
Abdita graeca inter, coeca et monumenta latebas,
Ignota et populo Roma, virisque tuis,
Affulsit donec Galeoti numen, et ore
Romano jussit te tibi restitui.
Vis generis quanta est? veterem ut sua Roma figuram
Accipiat, quavis Julius arte parat.
Ut quas graeca illi tribuit facundia laudes,
Ipsa suas videat, tu Galeote facis.=

## XV.

### Σμυρναϊκὸς πολιτικὸς
### Smyrnaeus politicus.

Seu Smyrnae laus.

### XVI.

Πανηγυρικὸς ἐν Κυζίκῳ περὶ τοῦ ναοῦ
Panegyricus Cyzici habitus de templo:

In cujus dedicatione Orationem dixit Aristides, ab Aesculapio jussus, ut ait.

### XVII.

Εἰς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος
In Aegaeum mare:

Cujus laudes persequitur auctor.

### XVIII.

Εἰς τὸ φρέαρ τοῦ Ἀσκληπιοῦ
In puteum Aesculapii:

Encomium putei cujusdam Pergami in Aesculapii aedibus positi, de cujus aqua mira quaedam, et incredibilia fabulatur.

### XIX.

Ἐλευσίνιος
Eleusinius:

Quaeritur auctor, quod templum Cereris in Eleuſine locatum flammis conſumptum fuerit.

## XX.

Μονῳδία ἐπὶ Σμύρνη

Monodia de Smyrna:

Quae terraemotu everſa fuerat, abſente Ariſtide. (151.)

## XXI.

Παλινῳδία ἐπὶ Σμύρνη, καὶ τῷ ταύτης ἀνοικισμῷ

Palinodia de Smyrna, ejusque restauratione:

De qua Graecis gratulatur Ariſtides.

## XXII.

Προσφωνητικὸς Σμυρναϊκὸς

Adclamatorius Smyrnaeus:

Seu gratalatio de Smyrna reſtituta, ad Commodum, qui jam, mortuo patre, ſolus imperabat.

## XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII.

Ἱεροι λόγοι ϛ'.

Sermones Sacri VI.

---

(151.) Aelius Ariſtides, Palinod. de Smyrna, Orat. III. Sacr.

Quorum argumentum supra persequutus sum, §. VIII. Sexti sermonis nonnisi pars habetur, cum enim morte correptus absolvere haud potuit Aristides, ut constat ex auctore Graeci scholii, cujus verba supra itidem retuli, §. XI. Nicephorus (152.) ad hunc Synesii (153.) locum: ἐῶ δ' ἔγωγε... ὅσοις ὕπνος ἰατρὸς ἐξάντη τὴν νόσον ἐποίησεν = Omitto ego... quibus medicus somnus morbum depulit: = haec adnotat: εἶναι μὲν καὶ ἄλλους πλείστους οὐκ ἄπιστον ἂν εἴη, πρὸ πάντων δ' ἂν εἴη Ἀριστείδης ὁ Ῥήτωρ· δηλοῦσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ οὕτω πως ἹΕΡΟΙ ἐπιγραφόμενοι ΛΟΓΟΙ αὐτοῦ = Esse quidem et alios plurimos haud fuerit incredibile, ante omnes vero Aristides Rhetor fuerit: hoc autem quodammodo ostendunt et ejus Orationes, quae Sacrae inscribuntur. = Aristidem ἐν πρώτῳ τῶν ἱερῶν citat Theophilus Corydalleus.

## XXIX.

Περὶ τοῦ πέμπειν βοηθεῖν τοῖς ἐν Σικελίᾳ.

De auxiliis mittendis exercitui Siciliae:

Qui sub Nycia Syracusas obsidione premebat.

---

Epist. de Smyrna.

(152.) Nicephorus Gregoras ad Synes. de insomn.

(153.) Synesius, de insomn.

## XXX.

## Εἰς τὸ ἐναντίον, Σικελικὸς β'.

## In contrarium, Siculus II:

De revocandis copiis Niciae in auxilium missis. Hanc, et superiorem Orationem memorat Philostratus, (154) qui ex illis patere ait quantus Orator fuerit Aristides. Sermones isti a Philostrato ipso vocantur οἱ βουλευόμενοι περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ = consulentes de exercitu Siciliae = Eos perperam intercidisse putavit Guilelmus Canter, eruditissimus Aristidis editor, ut notatum Normanno, (155) Oleario, (156) et Fabricio. (157)

## XXXI.

## Ὑπὲρ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίων εἰρήνης

## Pro pace cum Lacedaemoniis:

Quam ut illis concedant, Orator Athenienses hortatur, post superatas ab ipsis ad Pylum, Lacedaemoniorum terrestres, navalesque copias.

---

(154) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Aristid.

(155) Normannus, ad Ael. Aristid. Orat. in inepte exultant. Sophist.

(156) Olearius, ad Philostr. Vit. Soph. L. II. Vit. Arist. (157) Fa=

## XXXII.

### Ὑπὲρ τῆς πρὸς Ἀθηναίους εἰρήνης
### Pro pace cum Atheniensibus.

Ad Lacedaemonios, de pace Atheniensibus a Lysandro fractis concedenda, Oratio Theophilo Corydalleo memorata.

## XXXIII.

### Λευκτρικὸς ὑπὲρ Λακεδαιμονίων α΄.
### Leuctricus pro Lacedęmoniis primus.

De juvandis ab Atheniensibus Lacedaemoniis in Leuctrica pugna devictis.

## XXXIV.

### Λευκτρικὸς ὑπὲρ Θηβαίων α΄.
### Leuctricus pro Thebanis primus.

De juvandis Thebanis, qui in Leuctrico praelio victores evaserant, ad Lacedaemonios penitus perdendos.

## XXXV.

### Λευκτρικὸς ὑπὲρ Λακεδαιμονίων β΄.
### Leuctricus pro Lacedaemoniis secundus.

---

bricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 30. §. 5.

De ope Lacedaemoniis ferenda.

## XXXVI.

Λευκτρικὸς ὑπὲρ Θηβαίων β΄.

Leuctricus pro Thebanis secundus:

De adjuvandis contra Thebanis.

## XXXVII.

Λευκτρικὸς ε΄. ὑπὲρ τοῦ μηδετέροις βοηθεῖν

Leuctricus quintus, de nemini ope ferenda:

Nec Lacedaemoniis scilicet, nec Thebanis. Extat in has quinque Leuctricas Orationes Graecum argumentum ὑπόθεσις, cujus auctor, Orationes ipsas admiratione inquit adfectas et propter artificium, et propter argumenta: θαυμάζονται δὲ πάνυ ἐπί τε ~~δεινοτη~~ τῇ δεινότητι, καὶ τοῖς ἐπιχειρήμασιν. Aristidis ὁ πέμπτος τῶν Λευκτρικῶν = Leuctricorum quintus = adlegatur in Graecis ad Hermogenem Scholiis, in quibus citatur etiam Aristides ipse ἐν Λευκτρικοῖς = in Leuctricis. = Horum ultimum laudat Theophilus Corydalleus.

## XXXVIII.

Φιλίππου δίοδον αἰτοῦντος παρὰ Θηβαί~~ους~~ων ἐπ' Ἀθηναίους, ἥκουσιν Ἀθηναῖοι, ἑκόντες ἑαυτοὺς εἰς συμμαχίαν διδόντες

Philippo transitum petente a Thebanis in Athenienses, adcedunt isti, voluntarios sese ad simul pugnandum exhibentes: Thebanis scilicet, ad Philippum arcendum.

### XXXIX.

πρὸς Θηβαίους, περὶ τῆς συμμαχίας
Ad Thebanos, de bello simul ineundo:

Contra Philippum.

### XL.

Συμβολευτικὸς περὶ τοῦ μὴ δεῖν κωμῳδεῖν
Suasorius de non agendis comoediis:

Quas juvenum praesertim moribus officere contendit Aristides.

### XLI.

Ἐπιστολὴ περὶ Σμύρνης
Epistola de Smyrna:

De qua dixi supra §. IX.

### XLII.

Περὶ ὁμονοίας ταῖς πόλεσιν
De Concordia ad urbes:

Pergamum scilicet, Smyrnam, et Ephesum, quas hortatur ne de vano certent primatu, cum omnes quoquo modo subsint

Romanorum imperio.

## XLIII.

### Ῥοδιακὸς
### Rhodiacus.

De restituenda urbe Rhodi magno terraemotu deturbata.

## XLIV.

### Ῥοδίοις περὶ ὁμονοίας
### Ad Rhodios de concordia:

Sermo ab Aristide Rhodo absente conscriptus.

## XLV. XLVI.

### Πρὸς Πλάτωνα περὶ Ῥητορικῆς, λόγοι β′.
### Contra Platonem de Rhetorica, Orationes II:

Non una tantum, ut putavit Canter, cujus sententia opponitur testimonio Aristidis ipsius, Photii, (158.) qui ex quatuor nostri Rhetoris Platonicis Orationibus ampla exhibet excerpta, et Codicis Caesarei, de quo Lambecius, et Nesselius. Rhetoricam in iis, de quibus agitur Orationibus defendit Aristides adversus Platonem. Graeca in Orationes ipsas habentur argumenta, de quibus Fabricius: (159.) = In illis Synesii, Theonis et So-

---

(158.) Photius, Biblioth. Cod. CCXLVII. seq. (159.) Fabricius, Biblioth.

phistae alterius Atheniensis mentio. Itaque auctor non potest esse Sopater Apameensis, Jamblichi discipulus, uti Lambecio et Nesselio persuasum. = Aristidem ἐν τῷ πρώτῳ πρὸς Πλάτωνα adlegat Theophilus Corydalleus.

## XLVII.

### Πλατωνικὸς γ'. πρὸς Καπίτωνα
### Platonicus III. ad Capitonem:

Platonis sectatorem. Hoc sermone negat Aristides contumelia se Platonem adfecisse aut nimis audacter, et aspere in eum irruisse, ac rursus Platonem reprehendit quod magnos quosdam viros absque caussa exagitaverit. Capitonem omisit Fabricius in Catalogo Platonicorum. (160.)

## XLVIII.

### Πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ τῶν τεσσάρων
### Contra Platonem pro quatuor viris:

Oratio Synesio, (161.) et Aphthonio (162.) memorata, qua Periclem, Cimonem, Miltiadem, ac Themistoclem contra Platonis Gorgiam defendit Aristides. Eam hujus orationis partem,

---

Graec. Lib. IV. Cap. 30. §. 5.

(160.) Idem, l. c. Lib. III. Cap. 3.

(161.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vit. instit.

(162.) Aphthonius, Progymnasm.

qua de Pericle agitur, citat Scholiastes Hermogenis. Orationem istam laudat Nicephorus (163.) ita scribens: φησὶ δὲ καὶ Ἀριστείδης ἐν τῷ ὑπὲρ τῶν τεσσάρων οὑτωσί· „περὶ μὲν δὴ λάλων, ὦ Πλάτων, καὶ ἀργῶν, καὶ δειλῶν αὐτόθεν κατάβαλε,

Μή που τις καὶ Τρῶας ἐγείρῃσι Θεὸς ἄλλος.„ (164.)

Idem auctor (165.) ad istum Synesii (166.) locum: ὡς οὐκ ἐν καιρῷ μοι δοκοῦσιν ἐμμελετᾷν τὴν δεινότητα Μιλτιάδῃ, καὶ Κίμωνι = Unde haud opportune mihi videntur ingenium exercere de Miltiade, et Cimone loquendo:= haec adnotat: ὡς ὁ Ἀριστείδης ἐν τῷ ὑπὲρ τῶν τεσσάρων = ut Aristides in Oratione pro quatuor viris. = Aristides ὁ Ῥήτωρ = Rhetor =, κατὰ Πλάτωνος γράψας = contra Platonem scribens = citatur a Syncello, (167.) qui paulo post φασὶν, inquit, οἱ. Πλατωνικοὶ, Πλάτωνος ὑπεραπολογούμενοι τοῦ διδασκάλου ἐν τοῖς κατὰ τοῦ Ἀριστείδου = ajunt Platonici, magistrum Platonem defendentes, in iis, quae sunt

---

(163.) Nicephorus Gregoras, Schol. ad Synes. de insomniis.

(164.) Homerus, Iliad. Lib. X. ver. 511.

(165.) Nicephorus Gregoras. Schol. ad Synes. de insomn.

(166.) Synesius, de Insom.

(167.) Syncellus, Chronograph.

contra Aristidem = , sive = in scriptis contra Aristidem. = Themistius (168.) Aristidis nostri ἐγγόνους vocat Sophistas, quos Philosophis Platonis ἐγγόνοις opponit.

## XLIX.

### Αἰγύπτιος

### Aegyptiacus:

Sive Sermo de Nili incremento, ejusque caussis, ubi sua per Aegyptum itinera memorat Aristides, atque ab Aegyptiis Sacerdotibus, ac Aethiope quodam instructum se tradit. Aristidis λόγος Αἰγύπτιος = Sermo Aegyptiacus = laudatur a Proclo. (169.)

## L.

### περὶ τοῦ παραφθέγματος

### De inconcinne dicto:

Sive Apologia propriae laudis, quam vir quidam Aristidi exprobraverat.

## LI.

### Κατὰ τῶν ἐξορχουμένων

### In exultantes:

---

(168.) Themistius, Orat. 26. (169.) Proclus, in Platon. Timaeum

Sophistas scilicet, quorum corruptum dicendi morem reprehendit Aristides.

## LII.

### Πρὸς τοὺς αἰτιωμένους ὅτι μὴ μελετῴη
### Ad reprehendentes quod non declamaret:

Oratio continens Aristidis hac de re Apologiam.

## LIII.

### Πρεσβευτικὸς πρὸς Ἀχιλλέα
### Sermo in legatione ad Achillem:

Ulyssis nomine scriptus, ab Agamemnone ad Achillem legati, qua de re Homerus Iliadis libro nono. (170.) Achillis responsionem scripsit Libanius.

## LIV.

### Περὶ πολιτικοῦ, καὶ ἀφελοὺς λόγου, βιβλία β'.
### De civili, et simplici dictione, Libri II:

De hisce sermonis generibus praecepta continentes. Civilis dictionis exemplum auctor proponit Demosthenem, simplicis vero Xenophontem. Aristides ἐν τῷ περὶ πολιτικῶν λόγων = in

---

Lib. I.

(169.) Homerus, Iliad. Lib. IX. vers. 225. seqq.

libro de civilibus sermonibus = adlegatur ab Hermogenis Scholiaste.

## §. XIII.

## Aristidis Scripta deperdita.

Superest ut ea Aristidis opera, quae longo temporis itinere fracta, ad nos usque non pervenerunt, omnia quantum fieri potest recenseam. Haec autem Alphabetica serie disposita, sunt quae sequuntur.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ μὴ λαβὼν ὑπὲρ τοῦ Κερσοβλέπτου τὸν σῖτον
Aeschines ad prodendum Cersobleptum frumento non corruptus:

Oratio Demostheni opposita, qui Aeschinem de hac re culpaverat. (171.) Memoratur Philostrato. (172.)

### Ψόγος ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
### Alexandri vituperatio:

Quam scriptam fuisse ab Aristide e Philostrato ipso (173.) colligi potest, licet obiter etiam in Oratione aliqua Alexan-

---

(171.) Demosthenes, Orat. de falsa legat.

(172.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Aristid.

(173.) Idem, l. c.

drum arguere potuerit noster auctor.

### Εἰς ἈΣΚΛΗΠΙΟΝ, λόγος β΄ καὶ γ΄.

### In Aesculapium, Oratio secunda, et tertia:

Tertiam ipse Aristides (174.) memorat.

### ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐν Ἰνδοῖς ὄντος συμβουλεύων ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασι

### Demosthenes Alexandro, cum esset in India, suadens bella prosequi:

Hujus, et illius, quae sequitur Orationis, cui titulus:

### ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ λέγων περὶ ἡγεμονίας

### Demosthenes de magistratu loquens:

Ipse meminit Aristides. (175.)

### Ὑπὲρ τοῦ ΔΡΟΜΟΥ

### De Cursu:

Quo uti jussum se fuisse ab Aesculapio fabulatur Aristides. (176.)

---

(174.) Aelius Aristides, Orat. IV. Sac.

(175.) Idem, l. c. (176.) Idem, l. c.

## ʼΕΠΙΣΤΟΛΑΙ

## Epistolae:

Varias Aristidis epistolas intercidisse constat ex ejus scriptis, ac praeter alias, epistolas ad Alexandrum Cotyaeum. (177)

## ʼΙΣΟΚΡΑΤΗΣ τοὺς Ἀθηναίους ἐξάγων τῆς θαλάττης

## Isocrates Athenienses avertens a studio imperii maris:

Oratio Philostrato (178) memorata. Eamdem cum ista, vel huic oppositam puto orationem illam fuisse, cujus meminit auctor ὑποθέσεως = argumenti = in Isocratis Orationem περὶ εἰρήνης = de pace. = Haec ejus verba: Καὶ μερίζει (Ἰσοκράτης) τὸν λόγον εἰς δύο· ἓν μὲν, τὸ καὶ τοὺς Χίους, καὶ τοὺς ἄλλους ἐᾶσαι αὐτονόμους· ἓν δὲ τὸ ἐᾶσαι τὴν ἡγεμονιαν τὴν κατὰ θάλατταν. Κατὰ τοῦτο δὲ τὸ μέρος λέγεται Ἀριστείδης ἐπαφεῖναι τὸν ἀντιῤῥητικὸν τῆς εἰρήνης = Et partitur Orationem (Isocrates) in duas partes: alteram quidem suadentem ut Chios, caeterosque sinant propriis legibus uti: alteram vero, qua hortatur ut maris imperium dimittant. Contra hanc partem Aristides edidisse dicitur sermonem paci oppositum. = Porro si ad Philostrati testimonium animum adjecisset doctissimus Wolfius, (179) non dubitasset utrum ad Hadrianensem Aristidem, sive alium hujusce nominis Rhetorem pertineret Oratio, ab auctore citatae ὑποθέσεως memorata. = Sententia certè est, ait ille, utcunque verba se habeant, Aristidem Rhetorem aliquem (haud scio an diver eum qui Adrianensis Mysius fuit, cujus adhuc extant multae orationes) suasisse, sivè scriptâ sivè habitâ oratione imperium maris Atheniensibus esse retinendum. =

---

(177) Idem, Orat. in Sarap.

(178) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Aristid.

Πρὸς ΚΑΛΛΙΞΕΝΟΝ συμβουλεύοντα, μὴ θάπτειν τοὺς δέκα στρατηγοὺς, ἐπειδὴ ἀνηρέθησαν μιᾷ ψήφῳ

Contra Callixenum suadentem ne sepelirentur decem duces, postquam uno decreto occisi fuerant:

Oratio Philostrato (180) memorata, et Hermogeni, (181.) qui nonnulla ejus verba refert. Aristides ἐν Καλλιξένῳ = in Callixeno = citatur a Libanio, (182) et Hermogenis Scholiaste.

Περὶ τοῦ δεῖν ἀνελέσθαι ΚΡΙΤΙΑΝ τὸν Τύραννον, λόγοι β'.

---

(179.) Wolfius, ad argument. in Isocrat. Orat. de pace.
(180.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II in Vita Aristid.
(181.) Hermogenes, de ideis Lib. I. Cap. 5. (182.) Libanius,

### De occidendo Critia Tyranno,
### Orationes II:

Brevior una, prolixior altera. Utraque memoratur in Marcellini Scholiis ad Hermogenem.

### Ἔπαινος τοῦ ἐν ΚΥΖΙΚΩΙ βαλανείου
### Laus Balnei Cyziceni:

Cujus ipse meminit Aristides. (183.)

### Λόγος παραιτούμενος τὸν τειχισμὸν τῆς ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΟΣ
### Oratio dissuadens a Lacedaemone moeniis munienda:

Philostrato laudata.

### Πρὸς ΛΕΠΤΙΝΗΝ
### Contra Leptinem:

Oratio ad Demosthenis imitationem conscripta, ut ipse testatur Aristides. (184.)

### Περὶ τοῦ αὐτὸν μὴ ΜΕΛΕΤΑΙΝ
### De eo, quod ipse non declamaret:

---

Declamat. 37.

(183.) Aelius Aristides, Orat. V. Sac. (184.) Aelius Idem, Orat. Pla=

sermo ab illo diversus, qui de eodem hoc argumento superest, et in quo hujus deperditi mentio est.

## ΜΕΛΗ
## Carmina:

In Aesculapium; (185.) Aesepum Mysiae fluvium; (186.) Nymphas; (187.) Θερμαίαν Ἄρτεμιν = Dianam Thermarum praesidem; = (188.) Apollinis, et Coronidis nuptias, ac Aesculapium ex Coronide natum Γάμον Κορωνίδος, καὶ Γένεσιν Θεοῦ; (189.) Aesculapium ipsum, et Herculem; (190.) Minervam; (191.) Bacchum; (192.) Jovem; (193.) Panem; (194.) Hecatem; (195.)

---

ton. III. ad Capiton.

(185.) Idem, Orat. II. III. IV. Sac.

(186.) Idem, Orat. IV. Sac.

(187.) Idem, l. c.

(188.) Idem, l. c.

(189.) Idem Orat. I. Sac.

(190.) Idem, l. c. et I Orat. in Hercul.

(191.) Idem, Orat. IV. Sac.

(192.) Idem, l. c.

(193.) Idem, l. c. (194.) Idem, l. c. (195.) Idem, l. c.

Acheloum; (196.) Mercurium; (197.) Deasque Smyrnaeas; (198.) quae omnia carmina ipse variis in locis Aristides memorat. Ab Apolline jussum, Paeanem in hunc Deum scripsisse se ait, cujus initium:

Φορμίγγων ἄνακτα Παιᾶνα κεληΐσω.

Memorat etiam Aristides epigrammata varia, inscripta donis a se Numinibus oblatis.

### Ἐπὶ τῶν ΜΙΣΘΟΦΟΡΩΝ τῶν ἀπαιτουμένων τὴν γῆν.

### In mercenarios milites agrum petentes:

Oratio, cujus exordium, ut εὐτελὲς = exile = a nonnullis reprehensum fuisse inquit Philostratus.

### Περὶ τῶν ἑαυτοῦ ὈΝΕΙΡΑΤΩΝ

### De suimetipsius somniis:

Commentarii, quos de argumento hoc verè gravissimo, praeter Sacras Orationes, qua par erat diligentia conscripsit Aristides, ut patet ex auctore ipso, (199.) et Nicephoro. (200.)

---

(196.) Idem, l. c.

(197.) Idem, l. c. (198.) Idem, l. c.

(199.) Idem, Orat. II. IV. Sac.

(200.) Nicephorus Gregoras, Schol. ad Synes. de insomniis.

Λόγος πείθων Λακεδαιμονίους τοὺς ʼΟΡΧΗΣΤΑΣ ἐλαύνειν
Oratio Lacedaemoniis suadens ut saltatores abigant:

Contra quam, Orationem pro saltatoribus scripsit Libanius.

## ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΚΟΣ
## Panathenaicus:

Alter ab illo, qui adhuc extat, memoratus Sopatro, cujus locum supra exhibui, §. X.

Οἱ παραιτούμενοι τὰς ΣΠΟΝΔΑΣ μετὰ τὸ κτεῖναι τὰ γένη
Foederum communionem recusantes postquam gentiles paciscentium trucidaverent:

Ita hujus sermonis titulum latine reddit Fabricius. (201.) Ejus mentio apud Philostratum.

## ʽΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ
## Commentarii:

De Pyramidibus, Labyrintho, aliisque in Aegypto mirabilibus, aut visu, et notatu dignis, quos a se compositos ait, atque amisisse queritur Aristides. (202.) Haec de Oratoris

---

(201.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 30. §. 6. (202.) Ae=

nostri scriptis deperditis. Addi etiam potest Aristidem sibi insomniis visum esse, ut ipse narrat, dicere περὶ Νυμφῶν ἐπαίνων = de laudibus Nympharum =; (203.) ἐγκώμιον ὑγιείας = encomium sanitatis =; (204.) et Φιλοστέφανον, sive Φιλησιοστέφανον; quae omnia, cum somniis maxime deditus fuerit Aristides, scriptis eum tradidisse, suspicari quis posset; praesertim cum Orationes, quas habemus in Minervam, et Herculem, narret Aristides jam sibi visum fuisse per somnium recitare.

---

lius Aristides, Orat. Aegypt.

(203.) Idem, Orat. I. Sac.

(204.) Idem, l. c.

# IIII.

## De Vita, et Scriptis Hermogenis Commentarius.

III

[illegible]

[illegible]

[illegible]

# De Vita, et Scriptis Hermogenis.

## §. I.

### Hermogenis Patria, et Nomina.

Hermogeni Rhetori, qui litterariae fortunae pila jure optimo nuncuparetur, quaenam patria fuerit haud in controversia positum est. Tarsensem eum fuisse diserte inquit Suidas. (1.) Stephanus Byzantinus, dum de Tarso loquitur, Hermogenem memorat, (2.) ac alibi quoque Tarsensem eum vocat. (3.) Ὁ Ταρσεὺς Ἑρμογένης = Tarsensis Hermogenes = memoratur ab auctore compendii rhetorici συνοπτικῆς παραδόσεως τῆς Ῥητορικῆς, quod sub Matthaei Camariotae nomine vulgavit Hoeschelius. A Nicephoro etiam (4.) Tarsensis vocatur Hermogenes. Interdum sine ulla patriae in=

---

(1.) Suidas, Lex. art. Ἑρμογένης.

(2.) Stephanus Byzantinus, de Gent. art. ταρσὸς.

(3.) Idem, l. c. art. ἀζανοὶ.

(4.) Nicephorus Gregoras, Schol. ad Synes. de Insomn.

dicatione in veterum scriptis occurrit Hermogenis nomen. Ὁ Ῥήτωρ = Rhetor = ab Hesychio Milesio (5.) dicitur Hermogenes ipse. Ab ejus Scholiaste hic auctor modo ὁ τεχνογράφος, modo ὁ τεχνικὸς adpellatur. Hermogenes noster, teste Suida, (6.) cognomento dictus fuit Ξυστὴρ, seu rasor, cujus nominis origo quae sit haud leviter dixerim. Forte, ut suspicatur Fabricius, (7.) ita vocatus fuit Hermogenes, = quod doceret dictionem scalpello quasi deradere. = Huc facit illud Synesii: (8.) τὸ λέξιν καθῆραί τε, καὶ ἀποσμιλεῦσαι = dictionem expurgare, et scalpro quasi deradere: = itemque illud ejusdem auctoris: (9.) ἵνα μὴ εὐθύνας ὑπόσχω τοῖς πανδέκταις τοῖς ἀποσμιλεύουσι τὰ ὀνόματα = ne illorum disquisitioni subjaceam, qui omnigena doctrina referti, scalpro vocabula resecant. =

---

(5.) Hesychius Milesius, de Viris doctrina Claris art. Ἑρμογένης.

(6.) Suidas, Lex. art. Ἑρμογένης.

(7.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 1.

(8.) Synesius, in Dione, vel de ipsius Vit. instituto.

(9.) Idem, Epist. 101.

## §. II.

### Hermogenis Majores.

Pater Hermogenis Callippus nomine dictus fuit. Cum patria Tarſensis fuerit noſter Rhetor, verisimile videtur ex ejus majoribus fuisse Hermogenem illum Tarſensem, quem ſuſtulit Domitianus.. Hic quoque litteris deditus fuit, Hiſtoriamque conſcripſit, ut conſtat e Svetonio, (10.) qui de Domitiano ait: = Discipulum Paridis pantomimi, impuberem adhuc, et cum maxime aegrum, quod arte, formaque non abſimilis magistro videbatur occidit: item Hermogenem Tarſensem, propter quaſdam in hiſtoria figuras, librariis etiam, qui eam deſcripſerant, cruci affixis. = Similiter Spartianus, (11.) nonnullos propter quaedam figurate dicta damnatos a Severo ait: = Damnabantur autem plerique cur jocati essent, alii cur tacuissent, alii cur pleraque figurata dixissent, ut esset Imperator vere nominis sui, vere Pertinax, vere Severus. = Sic et ipse Svetonius (12.) narrat, Vespasianum = amicorum libertatem,

---

(10.) Svetonius, Vit. XII. Caesar. in vita T. Flavii Domitiani Cap. 10.

(11.) Spartianus, Vit. Severi Cap. 14. (12.) Svetonius, Vit.

causidicorum figuras, ac philosophorum contumaciam = aequo animo tulisse.

## §. III.

### Hermogenis adolescentis doctrina.

Maximam adhuc impuber gloriam adsequutus est Hermogenes noster, cum annos vix quindecim natus, ab Imperatore M. Aurelio Antonino auditus fuerit, ut tradit Suidas, (13.) qui eum ingenii ubertate, ac solertia communes aetatis vires longe ait superasse. Imperatorem adloquens, gloriosum illum effatum protulisse perhibetur: (14.) ἰδού σοι, Βασιλεῦ, Ῥήτωρ παιδαγωγοῦ δεόμενος, Ῥήτωρ ἡλικίαν περιμένων = Ecce tibi, Imperator, Rhetorem paedagogo indigentem, Rhetorem annos expectantem.= Imperator dicentem Hermogenem admiratus est, et muneribus mactavit, ut in Philostrato (15.) legimus. Cum duo=

---

XII. Caes. in Vita T. Flavii Vespasiani Cap. 13.

(13.) Suidas, Lex. art. Ἑρμογένης.

(14.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. II. in Vita Hermogenis

(15.) Idem, l. c.

deviginti circiter annorum esset aetate τέχνην ῥητορικὴν = artem rhetoricam = scripsit Hermogenes, teste Suida, (16.) cujus haec verba: ἔτη δὲ γεγονὼς περὶ ὀκτωκαίδεκα, γράφει τέχνην ῥητορικὴν (ἣν μετὰ χεῖρας ἔχουσιν ἅπαντες) περὶ στάσεων, βιβλίον ἕν = Annos natus circiter duodeviginti, scribit artem rhetoricam (quam omnes prae manibus habent) de statibus librum unum. = Idem ait Graecus auctor vitae Hermogenis, quam e Codice Barocciano desumptam vulgavit Olearius. (17.) At Apostolius (18.) tradit Hermogenem anno aetatis quintodecimo Rhetoricam scribere adgressum esse. Annos natus viginti, scripsit Hermogenes libros περὶ ἰδεῶν = de ideis =, qui adhuc extant, perinde ac liber de statibus.

---

(16.) Suidas, Lex. art. Ἑρμογένης.

(17.) Olearius, ad Philostrat. Vit. Sophist. Lib. II. Vit. Hermogenis.

(18.) Apostolius, Collect. Proverb. Centur. VIII. Prov. 36.

## §. IV.

### Hermogenis discipuli.

Hermogenem auditum fuisse a Musonio philosopho teſtatur Suidas. (19.) Ex temporis autem ratione constat, eum ſine errore reſpicere non potuisse ad celebrem illum Musonium Philosophum Stoicum sub Vespasiano clarum, de quo Suidas ipse, (20.) et Philostratus, (21.) Tacitus, (22.) Plinius junior, (23.) Themistius, (24.) Xiphilinus, (25.) Zonaras, (26.) aliique. Antiquior hic Musonius Hermogene; recentior vero,

---

(19.) Suidas, Lex. art. Ἑρμογένης.

(20.) Idem, l. c. art. Μουσώνιος Καπ.

(21.) Philostratus, Vit. Apollon. Tyanens. Lib. IV. Cap. 35. 46. Lib. V. Cap. 19. Lib. VII. Cap. 16.

(22.) Tacitus, Annal. Lib. XIV. Cap. 59. Lib. XV. Cap. 71. Hiſtor. Lib. III. Cap. 81. Lib. IV. Cap. 10. 40.

(23.) Plinius, Epistol. Lib. III. Epist. 11.

(24.) Themistius, Orat. 6. 7. 13.

(25.) Xiphilinus, in Vit. Neronis, et Vespasiani.

(26.) Zonaras, Annal. Lib. XI. Cap. 17.

ut videtur, Stoicus ille Musonius, quem Longinus memorat apud Porphyrium.(27.) Hinc, nisi falsus Suidas, respexit forte ad Musonium illum, cujus mentio apud Aristidem.(28.) Sed longe insigniorem alium, illustrioremque discipulum quodammodo Hermogenem habuisse, M. Aurelium Antoninum Imperatorem maximum, docet, praeter Suidam, (29.) Xiphilinus, (30.) qui de Imperatore ipso ait: λέγεται γὰρ, καὶ αὐτοκράτωρ ὢν, μὴ αἰδεῖσθαι, μηδὲ ὀκνεῖν ἐς διδασκάλου φοιτᾷν, ἀλλὰ καὶ Σέξτῳ προσιέναι τῷ ἐκ Βοιωτῶν φιλοσόφῳ, καὶ ἐς ἀκρόασιν τῶν ῥητορικῶν ‛ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ λόγων μὴ ὀκνῆσαι παραγενέσθαι· προσέκειτο δὲ τοῖς ἐκ τῆς στοᾶς μάλιστα δόγμασιν = Ferunt eum, etiam cum Imperator esset, nec puduisse, nec piguisse ad magistri aedes venire, sed et Sextum Boeotum philosophum frequentasse, et ad rhetoricos Hermogenis sermones audiendos adcedere haud grave habuisse: Stoicis vero potissimum doctrinis adhae

---

(27.) Longinus, Prooem. ad op. de fine ap. Porphyr. de Vita Plotini, et ordine librorum ejus Cap. 20.

(28.) Aelius Aristides, Orat. Sac.

(29.) Suidas, Lex. art. ‛Ερμογένης.

(30.) Xiphilinus, in vita M. Antonini Philos.

sit. = Zonaras (31.) inquit similiter: ἦν μὲν γὰρ ὁ Μάρκος ; καὶ ἀσθενὴς τὸ σαρκίον· ἐσχόλασε δὲ καὶ λόγοις οὕτως, ὥστε καὶ Αὐτοκράτωρ γενόμενος οὐκ ᾐδεῖτο ἐς διδασκάλου φοιτᾷν, ἀλλὰ καὶ Σέξτῳ συνεφιλόσοφει τῷ Βοιωτῷ, καὶ ἙΡΜΟΓΕΝΕΙ τῷ Ῥήτορι προσωμίλησε, μᾶλλον δ᾽ ἀντεποιεῖτο τῶν Στωϊκῶν = Erat autem Marcus et corpore debilis, et adeo litteris deditus, ut Imperator etiam Praeceptoris aedes adire haud vereretur, sed cum Sexto Boeoto philosophiae operam daret, atque Hermogenem rhetorem conveniret: magis vero Stoicis tribuebat. =

## §. V.

### Hermogenis ingenii defectio, ejusque mors.

Quinto jam lustro fere peracto, miserrime Hermogenes ingenio defecit, adeoque dicendi facultatem amisit, ut nullo adparente corporis morbo, nullaque manifesta de caussa, alius prorsus videretur ab illo, qui antea fuerat, doctissimo viro. Inde dictum:

---

(31.) Zonaras; Annal. Lib. XII. Cap. 2.

Ἑρμογένης ἐν παισὶ μὲν γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς = Hermogenes in pueris quidem senex, in senibus vero puer.= Quem Antiochi Sophistae effatum memorat Suidas, (32.) et Achilles Statius (33.) illi similem notat Atteji Capitonis, quod refert Suetonius: (34.) = Hunc Capito Attejus Jurisconsultus, inter Grammaticos Rhetorem, inter Rhetores Grammaticum fuisse ait.= De Antiocho illo Sophista Philostratus, (35.) Xiphilinus, (36.) Suidas, (37.) Phrynichus, (38.) Scholiastes Hermogenis, forte etiam Julius Pollux. (39.) Vitam longe protraxit Hermogenes, atque ad extremam pervenit senectutem, sed nonnisi ut diutius contemneretur ab iis, quibus olim in aestimatione maxima fuerat. Mortuo corpus dissectum fuit, repertumque cor pilis obsitum, et com=

---

(32.) Suidas, Lex. art. Ἑρμογένης.

(33.) Statius, ad Sueton. de illustr. Grammatic. Cap. 10.

(34.) Suetonius, de illust. Gramm. Cap. 10.

(35.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Antiochi.

(36.) Xiphilinus, in Vita Antonini Caracall.

(37.) Suidas, Lex. art. Ἀντίοχος αὐτομόλος.

(38.) Phrynichus, de voc. Attic.

(39.) Pollux, Onomast. Lib. VII.

munem magnitudinem longe excedens. Rem tradit Hesychius Milesius, (40.) cujus haec verba: Ἑρμογένης ὁ ῥήτωρ τελευτῆσας ἀνετμήθη, καὶ εὑρέθη ἡ καρδία αὐτοῦ τετριχωμένη, καὶ τῷ μεγέθει πολὺ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὑπερβάλλουσα = Hermogenes Rhetor post obitum dissectus fuit, et cor ejus pilosum repertum est, multoque majus, quam id quod fert humana natura. = Hoc ipsum iisdem fere verbis refert Suidas. (41.)

## §. VI.

### Hermogenis fama.

Quanta gavisus fama fuerit Hermogenes, liceat colligere ex magno illorum numero, qui ejus scripta commentariis illustraverunt, de quibus postea dicam. Libanium Rhetorem celebratissimum ex rhetoricis problematis ab Hermogene maxime adhibitis plurima sumpsisse inquit Nicephorus, (42.) ita scribens: τοιαῦτα προβλήματα πολλὰ προτιθέασιν οἱ ῥή-

---

(40.) Hesychius Milesius, de Viris doctrina claris art. Ἑρμογένης.

(41.) Suidas, Lex. art. Ἑρμογένης.

(42.) Nicephorus Gregoras, Schol. ad Synes. de insomn.

τορες ἀλλήλοις γυμνασίας ἕνεκα, καὶ μάλιστα πάντων ἙΡΜΟΓΕΝΗΣ ὁ Ταρσεὺς, ὧν τὰ πλεῖστα διαδεχόμενος ὁ ΛΙΒΑΝΙΟΣ ἐμελέτα, τὴν ὅλην ὑπόθεσιν εἰς μῆκος ἐκτείνων, καὶ ὥσπερ σκιαμαχῶν, καὶ ἀγωνιζόμενος οὕτως = Multa hujuscemodi problemata exercitationis caussa Rhetores sibi invicem proponunt, et praecipue Hermogenes Tarsensis, ex quibus plurima sumens Libanius, ingenium exercuit, argumentum totum ad prolixitatem extendens, et quasi in umbra pugnans, istoque modo contendens. = Joannes Tzetzes (43.) postquam rhetoricam artem noscere jussit:

Ῥητορικὴν μὲν γίνωσκε τὴν δικηγόρων τέχνην

= Rhetoricam quidem nosce Caussidicorum artem: = Hermogenis scripta statim laudat. Mentio Hermogenis cujusdam etiam apud Dioscoridem in Epigrammate, quod adhuc ineditum suo tempore, vulgavit Toupius; (44.) nostri autemque Hermogenis apud Theodulum, sive Thomam magistrum, in (45.) et Luciani Scholiastem, (46.) cujus haec sunt verba: ὑπέρθεσις τοῦ εἰς

---

(43.) Tzetzes, Chil. VI.

(44.) Toupius, Animadvers. in Longin. de sublim. Sect. 44.

(45.) Theodulus, Voc. Attic. Eclog. art. προβολή.

(46.) Scholiastes Luciani, ad Dissertation. cum Hesiodo.

ὅντινα ἄλλον καιρὸν ἵνα περικαλλῆ τὸν λόγον ποιήσῃ, ὡς ἐν τῷ εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο. Ὁπόταν οἱ Ῥήτορες εἰ καὶ δι' ἓν ἄλλο ὑπερθέντες εἴπωσιν εἴτι χρὴ ἙΡΜΟΓΕΝΕΙ πιστεύειν. De Hermogene agit Eudocia Augusta Capite 343. Violarii sui ~~Manuscripti~~, atque Theophilus Corydalleus saepius ipsum adlegat in Expositione Rhetorica.

## §. VII.

### Hermogenis Scripta, quae extant.

Plura sane ingenii sui monumenta, ingenio ipso diuturniora reliquit Hermogenes, e quibus quae edita habentur, et typis ad nos pervenerunt, ac typis vulgata feruntur, hic ordine recensebo. Sunt igitur:

Τέχνη Ῥητορικὴ διαιρετικὴ περὶ στάσεων
Ars Rhetorica partitoria de statibus:

Sive de statuum, et quaestionum Oratoriarum partitione in quatuordecim genera; liber, quem Hermogenis Scholiastes inquit alii Hermogeni perperam fuisse tributum. Memoratur Hermogenis Rhetorica a Stephano Byzantino,(47)

---

(47) Stephanus Byzantinus, de Gent. art. ταρσὸς.

Suida, (48.) Apostolio, (49.) et auctore Vitae Hermogenis ab Oleario. (50.) editae. Ejus opus περὶ στάσεων = de statibus = laudat item Suidas, (51.) ac Tzetzes praeterea, (52.) qui de Hermogenis scriptis ait: (53.)

Αὕτη δὲ σοφιστεύουσα Ῥητορικῆς ἡ βίβλος
Πεντάβιβλος ὑπάρχει μὲν, εἰς πέντε διαιρεῖται,
Εἴς τε τὰ προγυμνάσματα, ΣΤΑΣΕΙΣ τε, καὶ τὰς εὑρέσεις,
Ἰδέας, καὶ πρὸς μέθοδον δεινότητος σὺν τούτοις.

Ex quo loco, ut etiam ex illis Suidae verbis, quae supra retuli, §. III. colligi potest omnia Hermogenis scripta rhetorica, quae memorat Tzetzes, vocibus τέχνη ῥητορικὴ = ars rhetorica significata fuisse, quamvis potuerit etiam Suidas vocibus τέχνην ῥητορικὴν = artem rheto-

---

(48.) Suidas, Lex. art. Ἑρμογένης.

(49.) Apostolius, Collect. Proverb. Centur. VIII. Prov. 36.

(50.) Olearius, ad Philostrat. Vit. Sophist. Lib. II. Vit. Hermogenis.

(51.) Suidas, Lex. art. Ἑρμογένης.

(52.) Tzetzes, Chiliad. XI. ver. 194.

(53.) Idem, Chil. VI.

ricam = et περὶ στάσεων = de statibus = unum opus indicasse, parenthesi inclusis verbis illis, quae interjecta reperiuntur, ut conjicit Fabricius. (54.) Species statuum ab Hermogene distinctas memorat auctor Compendii Al Rhetorici Matthaeo Camariotae tributi. Ὁ τῶν στάσεων ἐξηγητὴς = Statuum enarrator = laudatur ab Eustathio, qui pluries Hermogenem citat in Commentariis ad Homerum.

### Περὶ Εὑρέσεων, βιβλία δ'.
### De inventionibus, Libri IV:

Ad κράτιστον = praestantissimum = M. Julium. Memorantur ab Joanne Tzetze, (55.) et Theophilo Corydalleo.

### Περὶ ἰδεῶν, βιβλία β'.
### De ideis, Libri II:

Ubi de formis Oratoriis, et characteribus cujusvis dicendi generis loquitur Hermogenes. Laudantur hi Libri a Suida, (56.) et Joanne Tzetze. (57.) Hermogenes, et οἱ περὶ ἸΔΕΑΣ λό-

---

(54.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 5.

(55.) Tzetzes, Chil. XI. vers. 207. 264.

(56.) Suidas, Lex. art Ἑρμογένης.

(57.) Tzetzes, Chil. XI. ver. 315.

γου γεγραφότες = qui de orationis forma scripserunt = citantur ab Joanne Philopono. (58.) Hermogenes ἐν ταῖς ἰδέαις = in ideis = citatur ab auctore Compendii rhetorici sub Camariote nomine editi. Ibi adlegātur etiam Hermogenis ἰδέαι ἐπτὰ = ideae septem. =

### Περὶ μεθόδου δεινότητος
### De gravitatis methodo:

Libellus ab Joanne Tzetze (59.) memoratus. Hunc haud perfecisse Hermogenes dicitur in Rhetoricae Compendio Matthaeo Camariotae tributo.

## §. VIII.

## Hermogenis scripta deperdita.

Quae ab Hermogene scripta supersunt, non omnia vero, quae scripsit Hermogenes enumeravi. Interciderunt enim ejus:

### Προγυμνάσματα ιβ'.
### Progymnasmata XII:

---

(58.) Philoponus, ad Aristotel. de anima.

(59.) Tzetzes. Chil. VIII. ver. 103. Chil. XI. vers. 305. 355.

Ab Joanne Tzetze memorata, (60.) qui Rhetorica Hermogenis Scripta recensens Progymnasmata primum nominat. (61.) Haec ipsa memorat etiam auctor Compendii Rhetorici, quem Camariotam vocant. Extat Prisciani latini Grammatici libellus de Rhetoricae praeexercitamentis, quibus graecum progymnasmatum nomen respondet, ex Hermogene translatis. Ibi agitur 1. de Narratione, 2. de Usu, 3. de Sententia, 4. de Operatione, 5. de Refutatione, 6. de Loco communi, 7. de Laude, 8. de Comparatione, 9. de Adloquutione, 10. de Descriptione, 11. de Positione, 12. de Legislatione. Haec autem praeexercitamenta ex Hermogene quidem petita putari possunt, non vero ad verbum translata, citantur enim in eo libello Horatius, (62) Virgilius, (63.) Sallustius, (64.) Cicero; (65.) id quod latinum auctorem manifeste indicat.

---

(60.) Idem, Chil. XI. ver. 117.

(61.) Idem, Chil. VI.

(62.) Priscianus, de praeexercitam. Rhetor. ex Hermog. translat. in Prooem.

(63.) Idem, l. c. Cap. 3. 10.

(64.) Idem, l. c. Cap. 4.

(65.) Idem; l. c. Cap. 9.

## Περὶ προοιμίου
## De Prooemio:

Opus Marcellino (66.) memoratum, cujus jam tempore non amplius ſupererat, ut patet ex ejus verbis: σύγγραμμά ἐστιν Ἑρμογένους περὶ προοιμίου, ὃ εὕρηται μὲν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς, οὐ φέρεται δὲ = Est Hermogenis ſcriptum de Prooemio, quod in Catalogis quidem reperitur, haud vero fertur. =

## Περὶ κοίλης Συρίας, βιβλία β'.
## De Coele Syria, Libri II:

Quos nostri quidem Hermogenis ſcriptis Suidas (67.) adcenſet, rectius vero, ni fallor, tribu~~entur~~mus Hermogeni illi, cujus mentio in Pluta libro περὶ ποταμῶν = de fluminibus =, ſub Plutarchi nomine vulgato: μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Σωσθένης ὁ Κνίδιος, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφεν Ἑρμογένης = Iſta adcuratius memorat Sosthenes Cnidius, a quo argumentum ſumpſit Hermoge=

---

(66.) Marcellinus, ad Hermogen. de ſtatibus.

(67.) Suidas, Lex. art. Ἑρμογένης.

ni. = Huic ipsi Hermogeni tribuendum censeo scriptum περὶ Φρυγίας = de Phrygia = ab Apollonii Scholiaste (68.) laudatum, quamvis Fabricius (69.) ejus auctorem eumdem suspicetur, cum Hermogene Historico, quem citat Josephus, (70.) et qui nescio an confundendus cum Hermogene illo; Geographo, ut videtur; in libro de fluminibus memorato. Caeterum Fabricius ipse (71.) libros περὶ κοίλης Συρίας = de Coele Syria = Hermogeni illi Tarsensi Historico tribuendos suspicatur, quem Domitianus interemit, ut supra dixi, §. II.

## §. IX.

*Utrum ex Apsine, et Minuciano in scribendo profecerit Hermogenes.*

Apsines Rhetor, et Sophista, Gadarenus fuit, testibus Tzetze, (72.) et Suida; (73.) aequalis Majoris Sophistae, de

---

(68.) Scholiastes Apollonii, ad Argonaut. Lib. II. ver. 704.

(69.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 7.

(70.) Josephus, Contra Apion. Lib. I.

(71.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 5.

(72.) Tzetzes, Chil. VIII. ver. 697.

(73.) Suidas, Lex. art. Ἀψίνης Γαδαρεύς.

quo Suidas ipse, (74.) et Porphyrius apud Eusebium, (75.) et Scholiastes Hermogenis; magister Cajani Sophistae; (76.) et Philostrati amicus, ut e Philostrato ipso (77.) patet. Huc facit locus Suidae, (78.) qui sequitur: Φρόντων, Ἐμισηνὸς, Ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Σευήρου τοῦ Βασιλέως ἐν Ῥώμῃ, ἐν δὲ Ἀθήναις ἀντεπαίδευσε Φιλοστράτῳ τῷ πρώτῳ, καὶ ἈΨΙΝΗΙ τῷ Γαδαρεῖ = Fronto, Emisenus, Rhetor, qui Romae vixit sub Severo Imperatore; Athenis vero aemulus fuit Philostrato primo, et Apsini Gadareno. = Apsinis mentio apud Ulpianum, (79.) et Hermogenis Scholiastem, qui praeter ejus τέχνην περὶ προοιμίων, καὶ πίστεων Fabricio (80.) memoratam laudat etiam Apsinis περὶ τῶν

---

(74.) Idem, l. c. art. Μαΐωρ.

(75.) Porphyrius, de Philol. auditu ap. Euseb. Praepar. Evangel. Lib. X. Cap. 3.

(76.) Suidas, Lex. art. Γαϊανὸς.

(77.) Philostratus, Vit. Sophist. Lib. II.

(78.) Suidas, Lex. art. Φρόντων.

(79.) Ulpianus, in Demosth. Orat. Contra Leptin.

(80.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 16.

μερῶν τοῦ λόγου τέχνην = artem de partibus Orationis, = aitque ab Apsine, et Aspasio indignum habitum fuisse Demosthenem, ut τραχύτητός τε, καὶ σφοδρότητος ἄμοιρον = rigoris, et impetus expertem. = Apsine recentior aliquantulum fuit Minucianus, patrem enim habuit Nicagoram, qui cum Majore Sophista Apsinis aequali, interfuit convivio, de quo Porphyrius apud Eusebium. (81.) Suidas (82.) de Minuciano ait: Μινουκιανὸς, Νικαγόρου τοῦ σοφιστοῦ, Ἀθηναῖος σοφιστὴς, γεγονὼς ἐπὶ Γαλιηνοῦ· τέχνην ῥητορικὴν, καὶ προγυμνάσματα, καὶ λόγους διαφόρους = Minucianus, Nicagorae Sophistae filius, Atheniensis Sophista, qui sub Gallieno vixit: scripsit artem rhetoricam, progymnasmata, et orationes varias. = Minucianum praeter Suidam, aliosque memorant Photius, (83.) et Tzetzes. (84.) Discipulus Minuciani fuit Genethlius, teste Suida, (85.) cujus verba

---

(81.) Porphyrius, de Philol. auditu ap. Euseb. Praep. Evang. Lib. X. Cap. 3.

(82.) Suidas, Lex. art. Μινουκιανὸς.

(83.) Photius, Biblioth. Cod. CCXLIII.

(84.) Tzetzes, Chil. VI. ver. 793. Chil. XII., ver. 570.

(85.) Suidas, Lex. art. Γενέθλιος.

eo libentius proferam, quod Genethlius post plura edita scripta juvenis occidit, imitatus quodammodo Hermogenis nostri praematurum scribendi studium. Γενέθλιος, inquit Suidas, Γενεθλίου, παλαιστῖνος, ἐϰ Πετρῶν σοφιστὴς, μαθητὴς ΜΙΝΟΥΚΙΑΝΟΥ, ϰαὶ Ἀγαπητοῦ, ἀντιπαιδεύσας ϰατὰ τὰς Ἀθήνας Καλλινίϰῳ τῷ διασήμῳ· δεξιὸς τὴν φύσιν, ϰαὶ ὅλην μελέτην ἀπομνημονεύσεν ἐν α΄. ἀϰροάσει. Τελευτᾷ δὲ νέος ἐτῶν ϰη΄. Ἔγραψε δὲ λαλιὰς, ἤτοι διαλέξεις, ϰαὶ μελέτας, ὧν ἐστιν ὁ Ἄπολις ἑαυτὸν ἀποϰηρύττων μετὰ τὴν τῶν Θηβῶν ϰατασϰαφὴν· προπεμπτιϰὸν πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ ἑταίρους Διαδοῦχον, ϰαὶ Ἀσϰληπιάδην· πανηγυριϰοὺς. = Genethlius, Genethlii filius, Palaestinus, ex Petris, Sophista, Minuciani, et Agapeti discipulus, Athenis aemulus Callinici illustris: natura fuit dexter, ac declamationem totam semel auditam memoria recoluit. Obiit juvenis annos natus octo, et viginti. Scripsit adloquutiones, sive dissertationes, declamationesque, in quibus est: Exul semetipsum praecone vendens, post Thebarum eversionem: propempticum ad sodales suos Diaduchum, et Asclepiadem: Orationes Panegyricas. = De hoc Genethlio Hesychius Milesius (86) Γε=

---

(86) Hesychius Milesius, De Viris Doctrina Clar. art. Γενέθλιος.

νέθλιος ὁ Παλαιστῖνος ἐν ~~ἀϰρασει~~ ἀϰροάσει μιᾷ μελέτην ὅλην ἀπεμνημονεύσεν: idest = Genethlius Palaestinus declamationem semel auditam memoria retinuit. = Male Hesychii interpres Hadrianus Junius: = Genethlius Palaestinus in unica oratione totum philosophiae studium absolvit. = Sed ut ad rem revertar, auctor Compendii Rhetorici Camariotae tributi, ex Apsine, et Minuciano pleraque Hermogenem in scripta sua transtulisse dicit. Contra Scholiastes Hermogenis auctorem istum a Minuciano dissentire notat, ac modo Hermogenem inquit contra Minucianum insurgere ὅλως δὲ τοῦτο τέδειχεν Ἑρμογένης πρὸς Μινουϰιανὸν ἐπιστάμενος, et πρὸς Μινουϰιανὸν φιλονείϰως ἵσταται, modo eum frustra cum Minuciano contendere scribit μάτην ἐρεσχελεῖ πρὸς Μινουϰιανὸν ἐπιστάμενος. Sed quidquid sit, certe Apsine, et Minuciano antiquior fuit Hermogenes, qui M. Aurelio Antonino imperante vixit: Apsines enim, teste Suida, (47.) aequalis fuit, ut dixi, Majoris Sophistae, qui sub Philippo vitam egit; itemque Cajani praeceptor, qui sub Maximino vixit, et Gordiano. (48.) Praeterea Suidas diserte testa-

---

(47.) Suidas, Lex. art. Μαΐωρ.

(48.) Idem, l. c. art. Γαϊανὸς.

tur, (89.) Apsinem Athenis docuisse, imperante Maximino ἐσοφίστευσεν Ἀθήνησι, βασιλεύοντος Μαξιμίνου. Minucianus autem Apsine junior fuit, ut supra ostendi. Nec necesse puto Apsinem aliquem, Minucianumque antiquiores supponere, cum satius sit dicere, negligentem Compendii Rhetorici auctorem, negligentesque Scholiastas, nullam habuisse aetatis rationem, ac Hermogenem Apsine, et Minuciano perperam putasse recentiorem. Sane si in Minucianum Commentaria scripsissent Hermogenis Scholiastae, hunc, ut existimo, contra Hermogenem disceptasse dixissent.

## §. X.

### Scholiastae Hermogenis editi.

Post vitam Hermogenis expositam, recensitaque scripta, veteres illos, qui ad Hermogenem illustrandum scripta alia ediderunt, memorare haud abs re puto, immo ad rem cumprimis facere existimo. Quidam ex Hermogenis Scholiastis typis habentur vulgati, in quibus est Syrianus,

---

(89.) Suidas, Idem, l. c. art. Ἀψίνης Γαδαρεύς.

idem, ut censet Fabricius, (90.) cum Syriano illo philosopho, cujus extant Commentarii ad Aristotelis Metaphysica Latine editi, Graece tantum manuscripti. Proclum hic discipulum habuit, ut constat tum ex Proclo ipso, (91.) tum ex Suida, (92.) et Simplicio, (93.) a quo Syrianus interdum ὁ μέγας = magnus = vocatur; (94.) interdum ὁ φιλοσοφικώτατος, ὁ κριτικώτατος = maxime philosophus, maxime criticus =; (95.) interdum ὁ μέγιστος φιλόσοφος = philosophus maximus =. (96.) Syrianum laudant etiam Damascius apud Photium, (97.) Ammonius Hermeae filius,

---

(90.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 6. in not. Lib. V. Cap. 26. §. 1.

(91.) Proclus, ad Platon. Timaeum Lib. I. II. III. IV. V. et ad Platon. Rempublic. et Theolog.

(92.) Suidas, Lex. art. Πρόκλος, Συριανὸς.

(93.) Simplicius, ad Aristotel. Phys.

(94.) Idem, l. c. et ad Aristot. de Coelo.

(95.) Idem, ad Aristot. Categorias.

(96.) Idem, ad Aristot. de Coelo. (97.) Damascius, in Vita I-

(98.) Marinus, (99.) et Sopater, (100.) alter Hermogenis Scholiastes editus, quem, haud distinguendum putat Fabricius (101.) a Sopatro illo, de quo Suidas: (102.) Σώπατρος, Ἀπαμεὺς σοφιστής, ἢ μᾶλλον Ἀλεξανδρεύς· ἐπιτομὰς πλείστων· τίνες δὲ καὶ τὴν ἐκλογίαν τῶν ἱστοριῶν τούτου εἶναί φασι = Sopater, Apameensis Sophista, sive potius Alexandrinus: scripsit librorum plurimorum epitomas: nonnulli autem etiam excerpta ex historiis hujus esse ajunt. = De excerptis illis consulendus Photius. (103.) Ad hunc forte Sopatrum est Aeneae Gazaei epistola nona. Non confundendus hic Sopater cum altero Sopatro Apameensi, Jambli=

---

ſidori ap. Phot. Biblioth. Cod. CCXLII.

(98.) Ammonius Hermeae filius, ad Aristotel. de interpretat.

(99.) Marinus, in vita Procli.

(100.) Sopater, ad Hermogen. de statibus.

(101.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 6. in not. Lib. V. Cap. 38. §. 9.

(102.) Suidas, Lex. art. Σώπατρος Ἀπαμεὺς σοφιστής ἢ μᾶλ.

(103.) Photius, Biblioth. Cod. CLXI.

chi discipulo, de quo Eunapius, (104.) Sozomenus, (105.) Zosimus, (106.) Joannes Lydus, (107.) et Suidas. (108.) Nescio ad quem Sopatrum respexerit Eustathius in Commentariis ad Homerum (109.) Sopatrum interdum nominans. Sopater quidam ἐν τῷ περὶ ἄρκτων = in scripto de ursis = citatur a Theocriti Scholiaste. (110.) Sopatri illius, qui Hermogenem Scholiis illustravit editae habentur διαιρέσεις ζητημάτων = quaestionum divisiones. = Argumenta ὑποθέσεις in quasdam Aristidis Orationes Sopatro tribuuntur a Lambecio, et Nesselio. Scholia Sopatri in Hermogenem ad ejus librum pertinent περὶ στάσεων = de statibus =, perinde ac Scholia Syriani, et Marcellini, qui, Fabricio (111.) judi=

---

(104.) Eunapius, Vit. Soph. in Vita Aedesii.

(105.) Sozomenus, Hist. Eccl. Lib. I. Cap. 5.

(106.) Zosimus, Histor. Lib. II.

(107.) Joannes Lydus, Lib. de mensibus manuscr.

(108.) Suidas, Lex. art. Σώπατρος Ἀπαμεὺς σοφιστὴς καὶ φιλόσ.

(109.) Eustathius, ad Homer. Iliad. Lib. II. Odyss. Lib. IV. XI.

(110.) Scholiastes Theocriti, ad Idyll. I.

(111.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 6. in not.

ce, non alius est a Marcellino illo, qui Thucydidis Vitam conscripsit, typis saepius editam. Incertum an Graeca in Thucydidem Scholia Marcellinum auctorem agnoscant. Adlegatur Marcellinus a Suida. (112.) Edita habentur etiam Scholia in Hermogenis libros περὶ εὑρέσεων = de inventionibus = et περὶ ἰδεῶν = de ideis = Anonymi auctoris; quem Christianum fuisse constat e Scholiis ipsis; Scholia item Anonymi in librum περὶ μεθόδου δεινότητος = de gravitatis methodo =; et fragmenta ex Anonymi Scholiis in Hermogenis στάσεις = status =; tum fragmenta hoc ipsum Hermogenis opus illustrantia Porphyrii, et Epiphanii Rhetoris, ejusdem, ut puto, cum Epiphanio illo Petraeo, Juliani, et Ulpiani discipulo, Apollinaris magistro, de quo Eunapius, (113.) Sozomenus, (114.) et Suidas. (115.) Ad hunc Epiphanium extant Libanii epistolae. Ejus ὕμνον εἰς τὸν Διόνυσον = hymnum in Bacchum = memorat Sozomenus.

---

(112.) Suidas, Lex. art. ἀπήλαυσε, ἀπολαύειν.

(113.) Eunapius, Vit. Soph.

(114.) Sozomenus, Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 25.

(115.) Suidas, Lex. art. Ἐπιφάνιος Οὐλπ.

Suidas (116.) laudat Epiphanii Progymnasmata, Declamationes, Demarchicum, Polemarchicum, Sermones ἐπιδεικτικοὺς, miscellanea theoremata, itemque opus περὶ κοινωνίας, καὶ διαφορᾶς τῶν στάσεων = de iis, quae statibus communia sunt, illisque, quibus status inter se differunt; = ubi forte Hermogenis στάσεις = status = obiter Epiphanius illustravit, haud enim constat, eum peculiare scriptum in Hermogenem edidisse. Similiter dubium mihi videtur an Porphyrius peculiari Commentario Hermogenem illustraverit, quod putat Fabricius. (117) Observandum vero, ab Aphthonii Scholiaste citari Porphyriam ἐν τῇ εἰσαγωγῇ = in introductione =, quę ad Hermogenis scripta pertinuit, Fabricio (118.) judice.

---

(116.) Idem; l. c.

(117.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 5.

(118.) Idem, l. c. Cap. 27. §. 4.

## §. XI.

### Scholiastae Hermogenis inediti.

Lambecio (119.) et Nesselio (120.) memoratur Codex Caesareus continens Syntagma expositionum in Hermogenis artem rhetoricam, Christianorum quidem, Joannis Siculi, Joannis Geometrae, Gregorii Corinthi Metropolitae, Joannis Doxopatri, et Georgii Diaeretae; Gentilium vero, Longini, Jamblichi, Syriani Simplicii. Hoc Syntagma extat etiam in Codice Coisliniano, teste Montfaucon, (121.) itemque in alio Codice, qui Joannem Albertum Fabricium olim dominum habuit. Ei praemittuntur in hisce Codicibus Anonymi cujusdam jam edita Prolegomena Rhetorica, quorum initium: οἱ τὴν ῥητορικὴν διακοσμήσαντες τέχνην, εἰς δέκα τινὰ κεφάλαια διεῖλον τὰ προλεγόμενα αὐτῆς = Qui artem rhetoricam exornarunt, in decem quaedam capita ejus prolegomena diviserunt. = Joannis Siculi, qui in hujus Syntagmatis titulo primus adlegatur memoratur., Commentarium in Hermogenem

---

(119.) Lambecius, Commentar. de Biblioth. Vindobon. Lib. VII.

(120.) Nesselius, Catal. Biblioth. Vindob. Par. IV.

(121.) Montfaucon, Catal. Biblioth. Coislinian.

manuscriptum adlegant, loca quaedam ex eo proferentes, Ruhnkenius, (122.) Toupius, (123.) et Schardam. (124.) In eo Commannmentario laudat Joannes, ut e citatis auctoribus patet, Aeschylum ἐν τῷ τῆς Ὠρειθυίας δράματι = in dramate Orithyiae =, quod adhuc Fabricii tempore ignotum erat, Aristidem, Dionysium Halicarnasseum, Homerum, Longinum, cujus citat Φιλολόγους = Philologos =, itemque κα΄. τῶν Φιλολόγων = librum XXI. Philologorum, = Menelaum poetam, Procopium Gazaeum, et Sophoclem. Joannis Siculi habetur etiam Chronicon manuscriptum ab orbe condito, usque ad Michaelis, filii Theophili imperium Sylburgio (125.) memoratum. Ad opus hoc verisimiliter respexerunt Scylitzes, et Cedrenus, dum in Historiarum suarum prologis Σικελιώτην = Siculum = quemdam laudarunt. Alterius Joannis, cognomento dicti Γεωμέτρης = Geometrae =, hymni quidam, et E=

---

(122.) Ruhnkenius, Emendat. in Longin. de Sublim. Sect. III.

(123.) Toupius, Animadvers. in Longin. Fragment. VIII.

(124.) Schardam, Dissertat. Philolog. de Vita, et Scriptis Longini §. 6. 8. 10.

(125.) Sylburgius, Praef. ad Moametica.

pigrammata edita habentur. Alia ejusdem scripta memorat Fabricius. (126.) Laudatur hic Joannes, ut puto, in Graecis Scholiis ad Aphthonium, et in Compendio Rhetorico Camariotae tributo, in quibus ille simpliciter ὁ Γεωμέτρης = Geometra = vocatur. Porro errasse arbitror Fabricium, (127.) qui Geometrem proprium esse alicujus Rhetoris nomen existimavit. Reapse in Codice illo insigni, quem Francisco I. Gallorum Regi dono obtulit Antonius Eparchus, quaedam Joannis Geometrae continentur, sub simplici Γεωμετρίου = Geometrii =, vel Γεωμέτρου = Geometrae = nomine. De Gregorio, sive Georgio Corinthi Metropolita consulendus Allacci, (128.) a quo manuscriptus ejus Commentarius memoratur εἰς τὸ περὶ μεθόδου δεινότητος Ἑρμογένους = In librum Hermogenis de methodo gravitatis = Joannes Doxopater, qui Μητροπολίτης Σάρδεων = Sardensis Metropolita = dicitur in titulo Syntagmatis expositionum ad Hermogenem, idem mihi videtur cum illo Σάρδεων rhetore ab auctore Compendii Rhetorici,

---

(126.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 16. §. 18. in not.

(127.) Idem, l. c. Lib. IV. Cap. 32.

(128.) Allacci de Georgiis, et eorum Script. Diatrib. sect. 72.

et Aphthonii Scholiaste memorato, contra quem scripsit ὁ Γεωμέτρης, Ioannes scilicet Geometra. Erravit Fabricius, (129) ut puto, qui Sardeonem, perinde ac Geometrem, proprium alicujus Rhetoris nomen esse autumavit. Revera, si ita esset, quomodo auctor Compendii Rhetorici scribere potuisset: κατὰ τοῦ Σάρδεων? nonne debuisset scribere: κατὰ τοῦ Σαρδέωνος? Recte Scriptum erit Σάρδεων, si subintelligatur Μητροπολίτου = Metropolitae = Georgium Diaeretem ita dictum putat Allacci, (130) ob scholia, quae in διαίρεσιν = divisionem =, Hermogenis scilicet, conscripsit. = Diaeretem, inquit, dictum existimo ob scholia, quae in διαίρεσιν „Divisionem„ scripserat. Habeo ex indice manuscriptorum Librorum, in quo legitur: Γεωργίου τοῦ Μόνου Σοφιστοῦ Ἀλεξανδρέως σχόλια εἰς τὴν διαίρεσιν. Ἔστι δὲ ῥητορικὸν τὸ βιβλίον. „Georgii Moni Sophistae Alexandrini Scholia in divisionem. Liber ad Rhetoricam pertinet.„ Si non fallit titulus, et μόνου pro μοναχοῦ irrepserit. = Memorat du Cange Codicem Regium

---

(129) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 32.

(130) Allacci, de Georg. et eorum Scrip. Diatrib. sect. 15.

Parisiensem, in quo continentur Scholia in Hermogenis artem partitoriam de statibus, hoc titulo: Σχόλια σὺν Θεῷ εἰς τὴν διαίρεσιν, ἀπὸ φωνῆς τοῦ αὐτοῦ Γεωργίου τοῦ Μόνου, σοφιστοῦ Ἀλεξανδρείας = Scholia cum Deo in divisionem, ex voce ipsius Georgii Moni, Sophistae Alexandriae = In Scholiorum fine haec verba reperiuntur, teste eodem du Cange: ἐπληρώθη σὺν Θεῷ καὶ ἡ διαίρεσις εὐτυχῶς Ζήνωνι τῷ σχολαστικῷ. Praeter hos omnes, Tzetzes in Hermogenem versibus politicis Commentarium scripsit, quem extare in Bibliotheca Lugduni Batavorum inquit Ruhnkenius, (131.) hunc ex eo locum proferens:

Πόῤῥω δὲ λαμβάνονται (μεταφοραὶ) ὥσπερ ποιεῖ Χοιρίλλος,
Καλῶν τοὺς λίθους, γῆς ὀστᾶ, τοὺς ποταμοὺς, γῆς φλέβας· —
Ὡς τὴν Σελήνην οὐρανοῦ πάλιν Αἰσχρίων κε σίγμα.
Οὕτω γὰρ λέξεσιν αὐταῖς αὐτὸς Αἰσχρίων λέγει·

---

(131.) Ruhnkenius, Emendat. in Longin. de Sublim. Sect. III.

„Μήνη τὸ καλὸν οὐρανοῦ νέον σίγμα.„
Τὸν λόγον ἐκτραχύνουσι, σκληρύνουσι δὲ πλέον,
Ἢ μᾶλλον εἰς ψυχρότητα σύρουσι γελαστέαν.
Ὡς καὶ ὁ γράψας τὰ ψυχρὰ ταυτὶ τῶν ἰαμβείων.
„Στενὸν κατ' Ἑλλήσποντον, ἐμπόρων χώρην,
Ναύται ἐστ θαλάσσης ἐστρέφοντο μύρμηκες.„
Καὶ πολλαχοῦ δύστηνα ταιαυτὶ λέγει.
„Ὁ δ' ἐξελὼν ἱμάντα φορτίου ζώνην.
Ἶρις δ' ἔλαμψε, καλὸν οὐρανοῦ τόξον.„
Καὶ,

„Πίσσαν ἰφθὴν, ἣν θύραι μυρίζονται.

Pro voce σίγμα, quam in in his versibus reposui, vox σίγανα bis occurrebat, seb sed perperam, ut jam monuit Ruhnkenius. (132.)

---

(132.) Idem, l. c.

## §. XII.

### Scholiastae Hermogenis deperditi.

Interciderunt quae, ut ex Suida, et Hermogenis Scholiaste discimus, in Hermogenem ipsum Metrophanes adnotaverat. Menander etiam Rhetor, cujus typis vulgatae sunt περὶ γενεθλίων διηγήσεις, et διαίρεσις τῶν ἐπιδεικτικῶν, in Hermogenis artem Commentarios exscripserat, teste Suida, (133.) qui Menandrum ipsum composuisse ait Commentarios quoque in Minuciani progymnasmata, et alia. Aphthonium Antiochenum Sophistam apud Suidam (134.) scripsisse legimus εἰς τὴν Ἑρμογένους τέχνην προγυμνάσματα = in Hermogenis artem progymnasmata. = Sed notat Fabricius, (135.) = non accurate Suidam de Aphthonio Sophista tradere, eum scripsisse progymnasmata in Hermogenis artem. Rectius enim dixisset eum in Hermogenis progymnasmata scripsisse, eaque magis perspicue explicasse et exemplis diluci-

---

(133.) Suidas, Lex. art. Μένανδρος Λαοδικ.

(134.) Idem, l. c. art. Ἀφθόνιος.

(135.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 5.

dasse, quo ipso factum videmus, ut servato Aphthonii libro, Hermogenis ille perierit. = "Porro in Suida seorsim scribendum puto: Εἰς τὴν Ἑρμογένους τέχνην· Προγυμνάσματα = In Hermogenis artem: Progymnasmata, = adeo ut duo Apthonii scripta memorentur, quorum primum perierit, alterium superfuerit. Hanc Suidae mentem fuisse suspicatus est etiam Fabricius. (136.) Auctor Compendii Rhetorici vulgo dictus Camariota τὰ ῥητορικὰ, inquit, προγυμνάσματα εἰς δώδεκα περιέστησε πρὶν ὁ Ταρσεὺς Ἑρμογένης, εἰς ὕστερον δὲ ταῦτα εἰς δέκα, καὶ τέσσαρα παρεξέτεινεν ὁ Ἀντιοχεὺς Ἀφθόνιος = Rhetorica progymnasmata duodecim primum constituit Tarsensis Hermogenes, ea vero postea usque ad quatuordecim produxit Antiochensis Aphthonius. = Hoc autem, ut notat Fabricius, (137.) praestitit Aphthonius, sejungendo quae Hermogenes in uno, alteroque progymnasmate conjunxerat, confirmationem scilicet, et confutationem, vituperationem, et laudem. Adleguntur Aphthonii προγυμνάσματα = Progymnasmata = a Theodulo, sive Thoma Magistro, (138.)

---

(136.) Idem, l. c. §. 13. in not.

(137.) Idem, l. c. §. 5. in not. §. 13.

(138.) Theodulus, Voc. Attic. Eclog. art. ἀνεβαλόμην.

auctore Magni Etymologici, (139.) et Joanne Tzetze. (140.) Ejus me μελέτας = declamationes = memorat Photius. (141.) Laudatur etiam Aphthonius ab Aristophanis Scholiaste, (142.) et Eustathio. (143.) Quaedam in ejus progymnasmata aliena manu inserta fuisse notat Graecus ejus Scholiastes, a quo Aphthonius dicitur Σοφιστὴς τοῖς Ῥήτορσι τιμωρῶν = Sophista Rhetores vindicans. = Aphthonius ipse ἐν τῷ τοῦ Θουκυδίδου ἐγκωμίῳ citatur a Theophilo Corydalleo in Expositione Rhetorica, initio Capitis XXII.

## §. XIII.

### Graeci alii, qui in Hermogenem scripserunt.

Praeter eos, qui Hermogenis opera Scholiis illustrarunt, alii etiam e graecis Scriptoribus in Hermogenem stylum exercuerunt, in quibus est Matthaeus ille Camariota, sub cujus nomine Compendium Rhetoricum συνοπτικὴν παράδοσιν τῆς ῥητορικῆς vulgavit Hoeschelius. Inedita e=

---

(139.) Etymologicum magnum art. ἀρναῖος.

(140.) Tzetzes, Chil. XI. vers. 121. 135. 143.

(141.) Photius, Biblioth. Cod. CXXXIII.

(142.) Scholiastes Aristophanis, ad Ran. ver. 412.

(143.) Eustathius, ad Homer. Odyss. Lib. XII.

xtat ejus Synopsis Hermogenis, cujus initium: Ῥητορικὴ ἐστὶ δύναμις τεχνικὴ = Rhetorica est vis artificiosa = Codicem hujusce Synopseos in Bibliotheca Vindobonensi adservatum memorat Lambecius. (144.) Epitomen Rhetoricorum Hermogenis, et epitomen progymnasmatum male Georgio Camariotae tribui in Catalogo Bibliothecae Regiae Parisiensis, inquit Allacci. (145.) Epitomen progymnasmatum a Camariota concinnatam memorat etiam Labbè. (146.) Naniani cujusdam Codicis meminit Mingarelli, (147.) in quo continetur: τοῦ σοφωτάτου, καὶ λογιωτάτου κυροῦ Ματθαίου τοῦ Καμαριώτου, ῥητορικὴ ἐπιτομὴ, ἐκ τῶν τοῦ Ἑρμογένους = Sapientissimi, et eloquentissimi Domini Matthaei Camariotae, Breviarium Rhetoricum, e scriptis Hermogenis. = De Camariota, praeter Fabricium, (148.) con=

---

(144.) Lambecius, Commentar. de Biblioth. Vindob. Lib. VII.

(145.) Allacci, de Georg. et eorum Script. Diatrib. sect. 51.

(146.) Labbè, Biblioth. Nov. Manuscr. Libr.

(147.) Mingarelli, Graec. Codic. Manuscr. ap. Nanios Patric. Venetos asservat. Cod. 305. num. 1.

(148.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 19.

sulendus Allacci. (149.) Ab hoc ipso memoratur etiam Codex, in quo continentur = Georgii Gemisti artis rhetoricę prolegomena, vel potius incerti de prooemiis artis Rhetoricae. Epitome in Hermogenis artem rhetoricam. = Georgii Pachymeris declamationes, sive exercitationes in progymnasmata, et status μελέτας εἰς τὰ προγυμνάσματα, καὶ εἰς τὰς στάσεις, quas adhuc ineditas memorat Allacci (150.) ad Hermogenis scripta pertinere putat, ut videtur, Fabricius. (151.) E Troili Sophistae Prolegomenis manuscriptis ad Hermogenem locum adfert Langbaine. (152.) De Troilo Suidas: (153.) Τρώϊλος, σοφιστὴς, παιδεύσας ἐν Κωνσταντίνου πόλει· λόγους πολιτικούς· ἐπιστολῶν βιβλία ζ΄. = Troilus, Sophista, qui Constantinopoli docuit: scripsit Orationes civiles: Epistolarum libros septem. = Troilus hic, teste Socrate, (154.)

---

(149.) Allacci, de Geor. et eorum Scrip. Diatrib. Sect. 57.

(150.) Idem, l. c. sect. 55.

(151.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 6.

(152.) Langbaine, ad Longin.

(153.) Suidas, Lex. art. Τρώϊλος.

(154.) Socrates, Hist. Eccles. Lib. VII. Cap. 27.

Sidetes fuit: Σίδη δὲ πόλις τῆς Παμφυλίας, ἀφ᾽ ἧς ὥρμητο καὶ Τρώϊλος ὁ σοφιστὴς. = Side autem urbs est Pamphyliae, a qua originem duxit etiam Troilus Sophista. = Ejus discipulum fuisse Socratem ipsum, a quo alibi etiam Troilus memoratur, (155.) autumavit Valesius. (156.) Eusebium Scholasticum Troili auditorem fuisse idem Socrates (157.) tradit, qui et Silvanum Rhetorem vocat e Troili Sophistae Schola Συλβανὸς Ῥήτωρ μὲν ἐγεγόνει πρότερον Τρωΐλου τοῦ σοφιστοῦ, nisi reddenda haec verba: = Silvanus Rhetor quidem fuerat ante Troilum Sophistam. = Consulendus de hoc Troilo Synesius, (158.) cujus extant quoque ad Troilum ipsum Epistolae. (159.) Mentio Troili etiam apud Nicephorum. (160.) Τρώϊλος ὁ Ῥήτωρ = Troi=

---

(155.) Idem, l. c. Lib. VI. Cap. 6. Lib. VII. Cap. 1. 37.

(156.) Valesius, de Vita, et Scriptis Socratis, atque Sozomeni.

(157.) Socrates, Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 6.

(158.) Synesius, Epist. 47.

(159.) Idem, Epist. 26. 73. 90. 111. 112. 118. 123.

(160.) Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. XIV. Cap. 29.

lus Rhetor =, qui multos magistratus gloriose gessit laudatur ab Anonymo qui de Antiquitatibus Constantinopolitanis scripsit, (161.) et a Georgio Codino, (162.) quos errasse puto dum Troilum ipsum instaurationis Constantinopoleos a Constantino factae oculatum testem fuisse dixerunt. Porro nisi hic Troilus differat ab illo, de quo Socrates, aliique, vix per temporis rationes instaurationi Constantinopoleos interesse potuit.

---

(161.) De Antiquitatibus Constantinopolitanis Par. I. num. 5.

(162.) Codinus, De Origin. Constantinopol. num. 17.

# IV.

## De Vita, et Scriptis
## M. Cornelii Frontonis
## Commentarius.

# De Vita, et Scriptis
# M. Cornelii Frontonis.

## §. I.

### Frontonis Nomina.

Fronto, sui saeculi Tullius, gentili nomine Cornelius dictus fuit, praenomine Marcus. Patet ex veteri inscriptione, quam producunt Onuphrius Panvini, (1.) Joannes Baptista Egnatius, (2.) Gruterus, et Noris; (3.) et quae Pisauri servatur. (4.) Marci praenomen indicat etiam Gellius. (5.) Cornelius Fronto vocatur noster noster Orator a Julio Capitolino, (6.) et Xiphilino, (7.) qui alibi gentis no-

---

(1.) Panvini, Commentar. in fast. Consular. (2.) Egnatius, ad Jul. Capitolin. Vit. M. Antonini Philos. (3.) Noris, Epist. Consular. ad P. Anton. Pagi. (4.) Olivieri, Marm. Pisaur.
(5.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. II. Cap. 26.
(6.) Julius, Capitolinus, in Vita Aelii Veri. (7.) Xiphilinus,

mini cognomen praeponens, scribit: Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον = Frontonem Cornelium =. (8.) Sic et Capitolinus, (9.) et Gellius (10.) = Frontonem Cornelium = scribunt. Similiter Cicero: (11.) = Balbo Cornelio =, similiter Dio Cassius: (12.) Σύλλᾳ τῷ Κορνηλίῳ = Syllae Cornelio. = Hunc nomina transponendi morem, Graecum praesertim esse inquit Reimar, (13.) sed eum Latinis quoque haud parum esse communem notat Schardam, (14.) post Duker, (15.) qui rem collatis exemplis demonstraverat. Id praestiterat et Franciscus Sylvius, (16.) eumque morem aetati praesertim argenteae Lipsius (17.) vindicaverat. Frontonis nomen a

---

Vit. Hadriani.

(8.) Idem, in Vita M. Antonini Philos.

(9.) Julius Capitolinus, in Vita M. Antonini Philos.

(10.) M. Tullius Cicero, ad A Aulus Gellius, Noct. Att. Lib. XIX. Cap. 8. 10. (11.) M. Tullius Cicero, ad Attic. Lib. XI. Epist. 12.

(12.) Dio Cassius, Histor. Rom. Lib. XXXVII. Cap. 25.

(13.) Reimar, de vita et Scrip. Cas. Dion. Commentar. §. 3.

(14.) Schardam, Disser. Philol. de Vita, et Scrip. Longini §. 2.

(15.) Duker, ad Flor. Lib. II.

(16.) Sylvius, Progymnasmat. Centur. II. Cap. 41. (17.) Lipsius, fronte ortum, ut Panvini, (18.) Orsato, (19.) et Sigonius (20.) observant, an in familia sua primus tulerit Fronto noster, incertum. Hoc profecto nomen servarunt ejus posteri, ut patet ex inscriptione illa veteri, quam supra memoravi. Sed de Frontonis nominibus satis. Hoc tantum adhuc observatum velim, Oratorem nostrum in veterum scriptis plerumque unico Frontonis nomine, interdum Cornelii Frontonis, nunquam simpliciter Cornelii, vel M. Cornelii nominibus appellari.

## §. II.

### Frontonis Patria, aetas, et genus.

Utrum Romam Fronto patriam habuerit, incertum. Res minus perspecta fuisse videtur iis, qui Gallum eum

---

Ad Senec. Philos. de tranquillitate animi Cap. 14.

(18.) Panvini, de antiquis Romanorum nominibus.

(19.) Orsato, De notis Romanorum Commentar. art. FRONT.

(20.) Sigonius, de nomin. Romanorum Cap. 5.

faciunt, Longchamps (21.) nimirum, et Maurinis auctoribus Historiae Gallicae litterariae. Consulendus vir doctus Hieronymus Tiraboschi. (22.) Frontonem nostrum ex Numidia oriundum putant qui Cirtensem illum Oratorem a Minucio Felice memoratum, (23.) cum M. Cornelio Frontone eumdem faciunt. Ethnici Caecilii locus, quo apud Minucium, Cirtensem Oratorem memorat, hic est: = Et de convivio notum est, passim omnes loquuntur, id etiam Cirtensis nostri testatur oratio: ad epulas solenni die coeunt (Christiani,) cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis homines, et omnis aetatis, illic post multas epulas, ubi convivium caluit, et incestae libidinis ebrietate fervor exarsit, canis, qui candelabro nexus est, jactu offulae ultra spacium lineae, qua vinctus est, ad impetum, et saltum provocatur. = Quibus respondens apud Minucium i=

---

(21.) Longchamps, Tableau Historique.

(22.) Tiraboschi, Stor. della Letteratura Italiana Tom. II. Lib. II. Cap. 3. §. 3.

(23.) Minucius Felix, in Octav.

psum Christianus Octavius, haec verba profert: = Et de incesto convivio fabulam grandem adversum nos daemonum concio mentita est: ut gloriam pudicitiae deformis infamiae aversione macularet: ut ante exploratam veritatem, homines a nobis terrore infandae opinionis averteret: sic de isto et tuus, Fronto, non ut affirmator testimonium fecit, sed convicium ut Orator aspersit. = Hinc patet Cirtensem illum, quem memoraverat Caecilius, Frontonem nomine dictum fuisse. Minucium ipsum Felicem, M. Cornelii Frontonis aequalem facit Blondel, eumque circa finem imperii M. Aurelii Antonini Dodwell (24.) scripsisse putat. Qua aetate vixerit Fronto, et ea, quae postea dicam manifestum facient, et aperte docet Eusebius, (25.) qui loquens de anno Christi 165. Olympiade 236. Frontonis Oratoris meminit. Cassiodorus (26.) Frontonem claruisse ait, Macrino, et Celso consulibus. Syncellus (27.) agens de anno mun=

---

(24.) Dodwell, Dissertat. Cyprian. III.

(25.) Eusebius, in Chron. (26.) M. Aurelius Cassiodorus, in Chron.

(27.) Syncellus, Chronograph.

di 5665. M. Aurelii Antonini quarto, Frontonem Rhetorem nominat: Ἰουλιανὸς νομοϑέτης ἐν Ῥώμῃ, καὶ Φρόντων ὁ Ῥήτωρ = Julianus Jurisconsultus Romae, ac Fronto Rhetor.= Quodnam genus Fronto sortitus sit nescio. Vivens ille quidem nobilitate gavisus est, et honoribus adfectus, ut constat, quales vero ejus majores fuerint, qualisque generis, in incerto est, nisi dicendum cum doctissimo Viro, Antonio Augustino, (28.) Frontonis nostri patrem fuisse M. Cornelium Frontonem illum, quem in Fastis consularibus legimus, anno Christi 97. Consulem suffectum fuisse cum Q. Fabio Postumo, et anno 100. tertium gessisse Consulatum.

## §. III.

*M. Cornelius Fronto, cum Frontone Rhetore Emiseno male confusus.*

Sed frustra de Frontonis majoribus solliciti essemus, si ipse haud differret a Frontone illo Emiseno, de quo Suidas: (29)

---

(28.) Augustinus, de famil. Roman. art. Cornelia

(29.) Suidas, Lex. art. Φρόντων.

Φρόντων, Ἐμισηνὸς, Ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Σευήρου τοῦ Βασιλέως ἐν Ῥώμῃ· ἐν δὲ Ἀθήναις ἀντεπαίδευσε Φιλοστράτῳ τῷ πρώτῳ, καὶ Ἀψίνῃ τῷ Γαδαρεῖ. Ἐτελεύτησε δὲ ἐν Ἀθήναις περὶ ξ΄ ἔτη γεγονὼς, καὶ ἀδελφῆς Φροντωνίδος παῖδα ὄντα Λογγῖνον * τὸν Κριτικὸν κληρονόμον κατέλιπεν. Ἔγραψε δὲ συχνοὺς λόγους = Fronto, Emisenus, Rhetor, qui sub Severo Imperatore Romae vixit: Athenis vero aemulus fuit Philostrati primi, et Apsinis Gadareni. Obiït autem Athenis annos natus circiter sexaginta, et Longinum Frontonidis sororis suae filium haeredem reliquit. Scripsit Orationes multas. = Complures sane ex Frontonis hujusce majoribus ita recenset Fabricius: (30.) = Proavus Plutarchi fuit Nicarchus, avus Lamprias: uxor Timoxena, filiï Lamprias, Autobulus, Plutarchus et Chaeron sivè Charon, filia Timoxena et fortassis Eurydice, cui et Polliano illius marito conjugalia praecepta inscripsit. Patris nomen qui apud Chaeronenses magistratum gessit, igno-

---

(30.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 11. §. 1.

ratur: Socer Alexion: Fratris vel sororis filii nepotes Sextus Chaeroneus et Cornelius Fronto qui M. Antoninum erudiverunt.= En satis multos Frontonis majores indicatos. At genealogia ista tota ad Oratorem nostrum minime pertinet, male enim Cornelium adpellavit Fabricius Frontonem illum, qui e Plutarchi posteris fuit. Confusit quippe M. Cornelium Frontonem, cum Frontone Emiseno, quod et alibi fecit ipse, (31.) et post Rualdum,(32.) Langbaine, (33.) aliique fecerunt. Rhetoris nomen utrique Frontoni commune doctissimos viros decepit. Sed vel caeco perspicuum est, Frontonem illum, qui sub Severo vitam egit, cum M. Cornelio Frontone, qui Hadriano, et M. Aurelio Antonino imperantibus floruit, confundi non posse. Praeterea Fronto Emisenus Athenis, ut videtur, floruit, ibique vita excessit; Fronto vero Cornelius vel Romae obiit, vel ibi sal-

---

(31.) Idem, l. c. Cap. 31. §. 9.

(32.) Rualdus, Vit. Plutarchi Cap. 5.

(33.) Langbaine, in vita Longini.

tem ut plurimum vixit. Tandem Fronto Emisenus Longinum novit, Cornelio Frontone haud paulo juniorem. Sed jam Rualdi, eorumque, qui eum in hac re sequuti sunt errorem, Edvardus Corsini (34.) ita confutavit, judice Schardam, (35.) =dicere ut contra posse nemo videatur. = Ipse Fabricius in Bibliotheca Latinorum veterum auctorum, (36.) M. Cornelium Frontonem, a Frontone Rhetore Emiseno diserte distinxit, sic enim ait: = Praeter hunc (Cornelium Frontonem).... alii fuere Frontones, ut Fronto.... Emesenus Orator sub Severo Athenis de quo Suidas. =

---

(34.) Corsini, Vit. Plutarchi §. 5.

(35.) Schardam, Dissertat. Philolog. de Vita, et Scriptis Longini §. 3.

(36.) Fabricius, Biblioth. Latin. sive Notit. auctorum vet. latin. Lib. IV. Cap. 7. num. 16. in not.

## §. IV.

### Fronto sub Hadriano.

Vigebat certe Fronto, caussasque agebat jam sub Hadriano. Testis est locus Xiphilini,(37.) quem quia ad rem egregie facit adscribere non pigebit: Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι τότε ἄριστοι ἄνδρες· ὧν ἐπιφανέστατοι Τούρβων τε, καὶ Σίμιλις ἤστην, οἱ καὶ ἀνδριάσιν ἐτιμήθησαν. Τούρβων μὲν στρατηγικώτατος ἀνὴρ, ὃς καὶ ἔπαρχος γεγονὼς, εἴτ᾽ οὖν ἄρχων τῶν δορυφόρων, οὔτε τι ἅβρον, οὔτε τι ὑπερήφανον ἔπραξεν, ἀλλ᾽ ὥς εἷς τῶν πολλῶν διεβίω. Τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ τὴν ἡμέραν πᾶσαν πρὸς τὸν Βασιλέα διέτριβε, καὶ πολλάκις καὶ πρὸ μέσων νυκτῶν πρὸς αὐτὸν ἤει, ὅτε τινὲς τῶν ἄλλων καθεύδειν ἤρχοντο. Ἀμέλει καὶ ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ΦΡΟΝΤΩΝ, ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν δίκαις φερόμενος, ἑσπέρας ποτὲ βαθείας ἀπὸ δείπνου οἴκαδε ἐπανιὼν,

---

(37.) Xiphilinus, in Vita Hadriani.

καὶ μαθὼν παρά τινος, ᾧ συνηγορήσειν ὑπέσχετο, δικάζειν αὐτὸν, ἔν τε τῇ στολῇ τῇ δειπνίτιδι, ὥσπερ εἶχεν, ἐς τὸ δικαστήριον αὐτοῦ ἐσῆλθε, καὶ ἠσπάσατο, οὔτι γε τῷ ἑωθινῷ προσρήματι, τῷ Χαῖρε, ἀλλὰ τῷ ἑσπερινῷ, τῷ Ὑγίαινε χρησάμενος. = Fuere autem tunc et alii optimi viri, quorum celeberrimi Turbo, et ſimilis, ſtatuis etiam honorati. Turbo quidem perquam militiae deditus erat, qui et praefectus praetorio factus, ſive praeſes ſatellitum, nihil vel molle, vel ſuperbum fecit, ſed quaſi unus e multis vitam egit. Nam, ut alia praeteream, tota ille die cum Imperatore verſabatur, et ſaepe ante mediam noctem ad eum adcedebat, cum aliorum nonnulli dormire inciperent. Itaque Cornelius Fronto, qui inter Romanos aetatis illius, primas in cauſsis agendis ferebat, profundo quondam veſpere, cum e coena domum rediens, a quodam, quem patrocinari promiſerat, Hadrianum jus dicere intellexiſset, coenatoria veſte prout erat indutus, ad ejus tribunal ingreſſus eſt, cumque ſalutavit, uſus non matutina voce, Ave, ſed veſpertina, Vale. = De Turbone illo, qui praefectus praetorio fuit, conſulendi Spartia=

nus, et (38.) et Zonaras. (39.)

## §. V.

### Fronto, M. Aurelii Antonini, et L. Veri magister.

Insignis illa, qua noster Orator effulsit, eloquentia publica quam doctrina pascit, luce non caruit; ipse quippe sapientissimus Imperator, M. Aurelius Antoninus, qui virtutem imperii sociam adscivit, ad ejus fontes adcessit, indeque rectissima hausit dicendi praecepta. Rei testes sunt; tum alii, tum ille Romanae Historiae celerrimus descriptor, Eutropius, (40.) qui Frontonis nomen haud praetereundum sibi in Breviario suo existimavit. „Institutus est, ait, ad scientiam (M. Antoninus) ad philosophiam per Apollonium Chalcedonium; ad scientiam literarum gręcarum per Sextum Chaeronensem Plutarchi nepotem. Latinas autem literas eum

---

(38.) Spartianus, in Vita Ael. Adriani Cap. 4. 5. 6. 8. 15.

(39.) Zonaras, Annal. Lib. XI. Cap. 24.

(40.) Eutropius, Hist. Rom. Breviar. Lib. VIII. Cap. 12.

Fronto, Orator nobilissimus, docuit. = Multum Frontoni M. Aurelium tribuisse notat Capitolinus: (41.) = Oratoribus usus est graecis, Annio Macro, Caninio Celere, et Herode Attico; Latino, Frontone Cornelio.: sed multum ex his Frontoni detulit. = Rhetoris nostri ipse meminit Antoninus, (42.) qui se ab illo ait didicisse, invidum, simulatumque spiritum prorsus execrari. Nec inutile imperio fuit Frontonis officium. Sane Xiphilinus (43) postquam insigne illud Antonini protulit elogium: ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἦν, καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε = Vere bonus vir erat, nec quidquam habebat simulatum:= haec statim subdit: Πάμπολλα μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη, ἔν τε τοῖς ῥητορικοῖς, ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθεὶς. Τῶν μὲν γὰρ τόν τε ΦΡΟΝΤΩΝΑ τὸν ΚΟΡΝΗΛΙΟΝ, καὶ τὸν Ἡρώδην τὸν Κλαύδιον διδασκάλους εἶχε· τῶν δὲ

---

(41.) Julius Capitolinus, in Vita M. Antonini Philos.

(42.) M. Aurelius Antoninus, ad seips. Lib. I. Sect. 11.

(43.) Xiphilinus, in Vita M. Antonini Philos.

τόν τε Ῥουστικὸν τὸν Ἰούνιον, καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Νικομήδεα, τοὺς Ζηνωνείους λόγους μελετῶντας = Permultum quidem eum juvit doctrina, cum in rhetoricis, philosophicisque de praeceptis exercitatus fuerit. In illis autem praeceptores habuit Frontonem Cornelium, et Claudium Herodem: in istis Junium Rusticum, et Apollonium Nicomedem, qui sese in Zenonis placitis exercebant. = Eusebius (44) Frontonem nominans, quasi praecipuam illius laudem indicaturus, eum M. Antonini inquit fuisse magistrum: = Fronto Orator insignis habetur, qui M. A Marcum Antoninum Verum Latinis literis erudivit. = Eusebii verba exscripsit Cassiodorus: (45) = His Coss. Fronto Orator insignis habetur, qui M. Antoninum Latinis literis erudivit. = Frontonem, Augusti magistrum vocat Ausonius. (46) In latina inscriptione, quam producunt et Panvini, (47) et

---

(44) Eusebius, in Chron.

(45) M. Aurelius Cassiodorus, in Chron.

(46) Ausonius, Gratiarum act. pro Consulatu ad Gratian.

(47) Panvini, Commentar. in Fast. Consular.

Gruterus, et Egnatius, (48.) et Noris, (49.) Fronto Lucii, et Antonini dicitur magister, quia scilicet Lucium quoque Verum erudivit, ut constat etiam ex Capitolino, (50.) cujus haec verba: = Audivit Scaurum Grammaticum latinum Scauri filium, qui Grammaticus Hadri Adriani fuit. Grecos, Telephum, atque Phertionem, Harpocrationem. Rhetores, Apollonium, Celerem Caninium, Herodem Atticum; Latinum, Cornelium Frontonem. Philosophos, Apollonium, et Sextum. Hos omnes amavit unice, atque ab his invicem dilectus fuit. =

## §. VI.

### Fronto, vivens honoribus mactatus.

Satis jam erat Frontonis gloriae consultum, dum haud impar oneri putatus fuerat M. Antoninum, ejusque in imperio comitem instituendi. Sed magistri sui, cui tantum

---

(48.) Egnatius, ad Jul. Capitolin. Vit. M. Antonini Philos.

(49.) Noris, Epist. Consular. ad P. Anton. Pagi.

(50.) Julius Capitolinus, in Vita Aelii Veri.

ille tribuebat, gloriam adhuc sibi procurandam existimavit magnus Antoninus, ~~atque~~ curavitque ut statua Frontoni poneretur. Ita Capitolinus. (51.) Nec satis id habuit. Consulatu Frontonem ornavit, suffecto scilicet, ut docet Ausonius: (52.) = Unica mihi amplectenda est Frontonis imitatio, quem tamen Augusti magistrum sic consulatus ornavit, ut praefectura non cingeret. Sed consulatus ille cujusmodi? ordinario suffectus, bimestri spatio interpositus, in sexta anni parte consumptus. = Oratorem nostrum, consularem vocat Aulus Gellius. (53.) Consul, Fronto ipse dicitur in latina veteri inscriptione, quam supra laudavi. Autumat Tillemont (54.) Consulatum gessisse Frontonem, vivente adhuc Antonino Pio: = M. Aurele le considera plus que tous les autres qui l'avoient instruit, luy fit decerner une statuë par le senat, et le fit Consul

---

(51.) Idem, in Vita M. Antonini Philos.

(52.) Ausonius, Gratiarum act. pro Consulatu ad Gratian.

(53.) Aulus Gellius, Noct. Att. Lib. II. Cap. 26.

(54.) Tillemont, Histoire des Empereurs Emper. Tite Antonin art. 15.

pour deux mois subrogé à quelque autre. Ce fut apparemment dés le temps d'Antonin, puisque Favorin semble avoir vécu jusques aprés ce Consulat. = Revera ait Gellius, (55) se una cum Phavorino ad Frontonem Consularem venisse. Sane Phavorinus sub Trajano, et Hadriano praecipue viguit, ut constat ex Eusebio, (56.) Spartiano, (57.) Suida, (58.) Xiphilino, (59.) et Syncello. Sed forte Fronto Consularis quidem erat cum scriberet Gellius, non vero eo tempore, quo Phavorinus cum Gellio ipsum adivit. Suspicatur Olivieri (60.) Collegam Frontonis in Consulatu fuisse Candidum illum, cujus mentio in inscriptione hac Gruteriana: CLODIAE TROPHIMAE VXORI SANCTISSIMAE NON MAJVS FRONTONE ET CANDIDO COS. C. CLODIVS LASCIVOS.

---

(55.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. II. Cap 26.

(56.) Eusebius, in Chron.

(57.) Spartianus, Vit. Ael. Adriani Cap. 15.

(58.) Suidas, Lex. art. Ἀδριανὸς Βασιλ. Φαβωρῖνος.

(59.) Xiphilinus, in Vita Hadriani.

(60.) Olivieri, Marm. Pisaur.

## §. VII.

### M. Cornelii Frontonis Oratoris Consulatus, cum illo alterius Frontonis, vel Sexti Julii Frontini male confusus.

Haud inconsulte de Frontone nostro inquit Ausonius: (61.) = Quaerendum ut reliquerit tantus Orator, quibus Consulibus gesserit Consulatum. = Est qui putet, Consulatum gessisse Frontonem eo anno quo Consules ordinarii fuerunt M. Pompejus Macrinus, et P. Juventius Celsus; anno scilicet Christi 164. Cassiodorum adlegans, qui hisce Consulibus, Frontonem insignem habitum scribit. Ast Glarean (62.) haec ad Eutropium adnotat: = Puto M. Frontonem, eum quem saepe citat Gellius, et maxime libro II. cap: 26. ubi virum consularem vocat. Et numeratur secundo Ulpiani anno in Coss. Catalogo, Anno Christi 102. = Panvini (63.) M. Cornelium Frontonem Oratorem tertium Consulatum cum Trajano gessisse putat, anno Christi 100. legit enim in Prosperi Chronico, eo

---

(61.) Ausonius, Gratiarum act. pro Consulatu ad Gratian.

(62.) Glarean, ad Eutrop. Hist. Rom. Breviar. Lib. VIII. Cap. 12.

(63.) Panvini, Commentar. in Fast. Consular.

tempore, Trajanum, et Frontonem Consules indicatos. Leunclavius, Panvini sequutus, in indice Consulum libro LXVIII. Dionis Cassii praemisso, scripsit: = Nerva Trajanus Aug. III. et M. Cornelius Fronto III.: = nostrum, ut videtur; Frontonem intelligens. Sed erravit Leunclavius, errantem ducem sectatus. Fronto enim noster, ut patet ex inscriptione, quam ipse refert Pãvini, semel tantum Consul fuit, nec Ordinarius, sed suffectus, ut docet Ausonius. (64.) Rursus, Consulatum cum Trajano gerere non potuit, nam a M. Aurelio Antonino discipulo Consul factus fuit, Ausonio ipso teste, (65.) qui postquam verba protulit paulo supra laudata, haec addit: = Ecce aliud, quod aliquis opponat, in tanti ergo te Oratoris fastigium gloriosus attollis? Cui talia requirenti respondebo breviter: non ego me contendo Frontoni, sed Antonino praefero Gratianum. = Praeterea, ut optime ait Tillemont, (66.)

---

(64.) Ausonius, Gratiarum act. pro Consulatu ad Gratian.

(65.) Idem, l. c.

(66.) Tillemont, Histoire des Empereurs Notes sur l' Emper. Trajan. Note VIII. sur les Consuls collegues de Trajan en l'an. 100.

= un homme Consul pour la troisieme fois en l'an. 100, estoit assurément trop âgé pour enseigner l'eloquence à M. Aurele né en 121, et à L. Verus né apparemment en 130. Cette fonction mesme ne convient pas à un homme qui auroit esté trois fois Consul. = Sed jam de Frontone quaestio concideret, si alio nomine adpellatus fuisset, qui anno Christi 100. cum Trajano Consulatum sustinuit. Equidem Anonymus Cuspiniani pro Frontone habet Frontinus; Descriptio autem Consulum Idatio tributa: = Trajano III. et Pontino. = Chronicon Paschale habet: Ὑπ. Τραϊανοῦ Αὐγούστου τὸ β'. καὶ Ποντιανοῦ = Coss. Trajano Augusto II. et Pontiano. = Sed Frontinum potius anno Christi 100. cum Trajano consulatum gessisse, Noris (67.) autumavit, Sextum Julium Frontinum intelligens, qui de aquaeductibus scripsit. Ei consentit Morgagni; (68.) ab eo vero dissentiunt Reimar,

---

(67.) Noris, Epist. Consular. ad P. Anton. Pagi, et de Epoch. Syromacedon.

(68.) Morgagni, Epist. ad Polen. in Proleg. ad Sex. Jul. Frontin. de aquaeduct. urb. Rom.

(69.) et Tillemont.(70.) Detrahunt sane Noris, et Morgagni fidei Codicum Prosperi,(71.) Cassiodori,(72.) et Xiphilini,(73.) in quibus non Frontini, sed Frontonis nomen habetur. Auctor incertus Chronici cujusdam, quod e Codice Caesareo vulgatum est, scribit similiter: = Trajano III. et Frontone. = Nec latet Frontonem quemdam sub Trajano extitisse, dictum praenomine Marcum, gentili autem nomine Julium, cujus mentio in inscriptione quadam Gruteriana, Tacito,(74.) et Ulpiano; (75.) et ad quem forte est Martialis epigramma.(76.) Porro i=

---

(69.) Reimar, ad Xiphilin. Vit. Nerv.

(70.) Tillemont, Histoire des Empereurs Notes sur l' Emper. Trajan Note VIII. sur les Consuls collegues de Trajan en l' an 100.

(71.) S. Tiro Prosper, in Chron.

(72.) M. Aurelius Cassiodorus, in Chron.

(73.) Xiphilinus, in Vita Nervae.

(74.) Tacitus, Histor. Lib. I. Cap. 20. Lib. II. Cap. 26.

(75.) Ulpianus, Digest. Lib. 48. tit. 19. Leg. 5.

(76.) Martialis, epigram. Lib. I. epigr. 36.

pe Noris cum observasset Frontinum in Britannia bellum gessisse, Collegam vero Trajani, teste Plinio, (77) virum haud militiae deditum fuisse, ad Pagi scripsit, se Collegam illum, Frontonem potius adpellandum putare, ut Pagi ipse (78) testatur. Ast Fasti Consulares, quos edidit Joseph Maria Stampa, Sextum Julium Frontinum III. Consulem fuisse tradunt, cum Trajano, et suffectum Frontino Consulem memorant, M. Cornelium Frontonem, quem nostri patrem fuisse putat Antonius Augustinus, (79) ut supra dixi, §. II. Igitur si fastis hisce fides, non Julius Fronto, sed Fronto Cornelius, Consul fuisse dicendus anno Christi 100. Sed haec obiter. Quidquid enim sit; Frontinusve, aut Fronto, sive uterque Trajani Collega fuerit in Consulatu; certum est Frontonem nostrum ea dignitate haud cum Trajano functum fuisse.

---

(77) Plinius, Panegyr. Trajani.

(78) Pagi, Critic. ~~in~~ in Annal. Baron. in an. 100. §. 1.

(79) Augustinus, de famil. Roman. art. Cornelia.

## §. VIII.

### Frontonis familiares.

Plures e doctis illis viris, qui Romae suo tempore versabantur familiares habuisse Frontonem patet ex Gellio. (80) In his fuit Phavorinus celebris ille Philosophus, et Rhetor, de quo, praeter Eusebium, Spartianum, Suidam, Xiphilinum, et Syncellum, quos supra citavi, §. VI. consulendi, Philostratus, (81) Lucianus, (82) Galenus, (83) Laertius pluribus in locis, Stobaeus, (84)

---

(80) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. II. Cap. 26. Lib. XIX. Cap. 8. 10. 13.

(81) Philostratus, Vit. Sophistarum Lib. I. in Vita Phavorini.

(82) Lucianus, in Vita Demonactis.

(83) Galenus, de optima doctrina.

(84) Stobaeus, in Eclog. Serm. 14. 22. 29. 47. 48. 57. 61. 62. 64. 65. 93. 103. 106. 114. 116. 119.

Stephanus Byzantinus, (85.) Photius, (86.) Phrynichus, (87.) Magni Etymologici auctor, (88.) Maximus Martyr, (89.) Theodulus, sive Thomas Magister, (90.) Apulejus, (91.) et Macrobius. (92.) Hunc igitur Phavorinum secum ad Frontonem pedibus laborantem ingressum esse refert Gellius: (92.) = Phavorinus philosophus, cum ad M. Frontonem consularem pedibus aegrum vi=

---

(85.) Stephanus Byzantinus, de Gent. art. αἰθίοψ, ἀκτή, ἀλεξάνδρεια, ἄργιλος, αὐταριᾶται, βισαλτία, κρεμμύων, ῥοπεῖς, σφακτηρία, τετράπολις, ὠκεανὸς.

(86.) Photius, Biblioth. Cod. CLXI.

(87.) Phrynichus, de Voc. Attic.

(88.) Etymologicum magnum art. σητάνειοι.

(89.) S. Maximus, Cap. Theolog. Serm. 11. 12. 18. 26. 36. 41.

(90.) Theodulus, Voc. Attic. Eclog. art. ἐπεξελευσόμενος, ἐξιδιάζονται, καθιερῶσαι, προπετῶς.

(91.) Apulejus, de mundo.

(92.) Ma Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. II. Cap. 26.

seret: voluit me quoque ad eum secum ire: = narratque familiarem disputationem, quam contra Phavorinum ipsum habuit Fronto. Adolescentulus cum esset saepe se Frontonem adivisse, ait Gellius (93.) ipse alibi, ac eruditum quemdam hominem, poesi deditum memorat, Frontonis familiarem, (94.) Celsinum etiam Julianum, sive Julium, Numidam, familiarem fuisse Frontonis, ex hoc ejusdem Gellii loco (95.) colligi potest: = Memini me quondam, et Celsinum Julianum Numidam, ad Frontonem Cornelium, pedes tunc graviter aegrum visere: atque ibi qui introducti sumus, offendimus eum cubantem in scimpodio Graeciensi, circumundique sedentibus multis, doctrina aut genere, aut fortuna nobilibus viris. = Celsinum illum et paulo post memorat Gellius: (96.) = Atque ibi Julius Celsinus admonuit, in tragoedia quoque Q. Ennii, quae Iphigenia inscripta est, idipsum, de quo quae-

---

(93.) Idem, l. c. Lib. XIX. Cap. 8.

(94.) Idem, l. c.

(95.) Idem, l. c. Cap. 10.

(96.) Idem, l. c.

rebatur, scriptum esse, et a Grammaticis contaminari magis solitum, quam enarrari.= Notandus et ille Gellii (97) locus: = Stabant forte una in vestibulo palatii fabulantes Fronto Cornelius, et Festus Posthumius, et Apollinaris Sulpitius. Atque ego ibi adsistens cum quibusdam aliis, sermones eorum; quos de literarum disciplinis habebant, curiosius captabam. Tum Fronto Apollinari, fac mihi, inquit, oro magister, ut sim certus, an recte supersederim nanos dicere parva nimis statura homines.= Grammaticum etiam quemdam latinum, Frontonis familiarem idem memorat Gellius. (98)

## §. IX.

### Frontonis mors, et posteri.

De loco, ac tempore, quo Fronto vita defecit nil pronunciare licet. Posteros reliquit Fronto, generum enim habuit, ut putat Tillemont, (99) Aufidium Victorinum; cujus filius fuit

---

(97) Idem, l. c. Cap. 13.

(98) Idem, l. c.

(99) Tillemont, Hist. des Emper. Emp. Tite Antonin. art. 15. Emp.

Fronto alius, hujus vero M. Aufidius Fronto. Patet ex veteri inscriptione, quae supra saepius citata, hic jam, prout est in marmore, producenda.

M. AVFIDIO FRONTONI
PRONEPOTI M. CORNELI
FRONTONIS ORATORIS
CONSVLIS MAGISTRI
IMPERATORVM LVCI
ET ANTONINI NEPOTIS
AVFIDI VICTORINI
PRAEFECTI VRBI BIS CONSVLIS
FRONTO CONSVL
FILIO DVLCISSIMO

Ubi pro NEPOTIS, legendum videtur: NEPOTI. Perperam, mea sententia, Augustinus, (100.) Frontonem nostrum ex Aufidia Aufidii Victorini filia Frontonem alium procreasse putat. Videndus Olivieri: (101.) Aufidium Victorinum censet Casaubonus pre=

---

(100.) Augustinus, de Famil. Roman. art. Cornelia.

(101.) Olivieri, Marm. Pisaur.

nomine Lucium dictum fuisse; Noris, et Panvini, Marcum; alii Cajum. Sane in Fastis Consularibus, quos edidit Stampa, anno Christi 183. C. Aufidius Victorinus II. Consul fuisse dicitur, cum Commodo IV. Consule. In inscriptione Gruteriana, ara Soli dicata dicitur:

IMP. COMMODO AVG. PIO FELICE IIII
ET VICTORINO II COS.

Condiscipulum fuisse Aufidium M. Antonini patet ex Capitolino. Victorinum ipsum a Marco Imperatore honoratum ait Dio in Excerptis Peirescianis, eumque egregie laudat, adfirmans, αὐτομάτῳ θανάτῳ =naturali morte= interiisse, unde patet error Casauboni, (102.) qui Victorini caedem a Dione narrari scribit. Videndi Weselingius, et Reimar. (103.) Eumdem Victorinum contra Catthos missum fuisse refert Capitolinus: = Adversus Britanos quidem Calphurnus Agricola missus est, contra Catthos Aufidius Victorinus.= M. Aufidius Fronto in Fastis Consularibus Consul fuisse dicitur cum P. Cornelio Anulino anno Christi 199. ab Urbe Condita 951. Fron-

---

(102.) Casaubonus, ad Lamprid. Vit. Commodi Antonini Cap. 4.

(103.) Reimar, ad Xiphilin. Vit. Commodi.

tonis nomen simpliciter legitur in Prospero, (104.) Cassiodoro, (105.) Anonymo Cuspiniani, Descriptione Consulum Idatio adscripta, et Fastis consularibus, quos e Codice Caesareo edidit Noris. In Chronico incerti auctoris, e Caesareo itidem Codice vulgato, habetur: = Antonino et Frontone =, pro = Anulino et Frontone. = De Aufidio Frontone consulendus Dio Cassius. (106.) Leonem etiam Eurici Regis Consiliarium, qui saeculo quinto vixit a M. Cornelio Frontone originem duxisse, vel hoc saltem illum, ejusve adsentatores jactasse, patet ex Sidonio Apollinari, (107.) qui Leonis atavum vocat Frontonem. Consulendus de hoc Leone Sirmondus. (108.)

---

(104.) S. Tiro Prosper, in Chron.

(105.) M. Aurelius Cassiodorus, in Chron.

(106.) Dio Cassius, Hist. Roman. Lib. LXXVIII.

(107.) Sidonius Apollinaris, Lib. VIII. epist. 3.

(108.) Sirmondus, Ep ad Sidon. Apollinar. Epist. Lib. IV. Ep. 22. Lib. VIII. ep. 3. ad Ennod. Vit. B. Epiphanii.

## §. X.

### Frontonianae eloquentiae character.

Eloquentiae, qua praecipue usus Fronto noster, praestantissimi Oratoris famam obtinuit, cum ejus scripta perierint, nonnisi ex aliorum operibus characterem noscere fas est. E quibus quam imperfectum de Frontonis eloquentia judicium ferre cogamur, satis jam per se cuique patet. Quaedam tamen de ea generaliter pronuntiare haud prohibemur. Constat igitur proprium in dicendo characterem habuisse Frontonem, quem qui sectandum sumebant, Frontoniani adpellabantur. = Nam de M. Tullio, inquit Sidonius Apollinaris, (109.) silere me in stylo epistolari melius puto, quem nec Julius Titianus totum sub nominibus illustrium foeminarum digna similitudine expressit. Propter quod illum caeteri quique Frontonianorum, utpote consectaneum aemulati, cur veternosum dicendi genus imitaretur, Oratorum simiam nuncupaverunt. = Sane praecipuus Frontonianae eloquentiae character in eo positus erat, quod austera, et gravis Oratio nec floribus a-

---

(109.) Sidonius Apollinaris, Epist. Lib. I. ep. 1.

bundaret, nec gratiis valde concederet; unde Frontoni siccum dicendi genus adscribi ait Macrobius, cujus haec verba: (110) = Quatuor sunt, inquit Eusebius, genera dicendi: Copiosus, in quo Cicero dominatur: breve, in quo Sallustius regnat: siccum, quod Frontoni adscribitur: pingue, et floridum, in quo Plinius Secundus quondam, et nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur. = Frontonianum dicendi genus magni factum, et in gravis orationis exemplum a veteribus fuisse citatum, patet ex hoc Hieronymi loco: (111) = Dum essem juvenis, et solitudinis me deserta vallarent; incentiva vitiorum, ardoremque naturae ferre non poteram: quem cum crebris jejuniis frangerem, mens tamen cogitationibus aestuabat. Ad quam edomandam, cuidam fratri, qui ex Hebraeis crediderat, me in disciplinam dedi; ut post Quintiliani acumina, Ciceronis fluvios, gravitatemque Frontonis, et lenitatem Plinii, alphabetum discerem, et stridentia, anhelantiaque verba meditarer. = Nec minus notanda haec Sidonii (112.) verba: = tuarum, inquam, aurium,

---

(110.) Macrobius, Saturnal. Lib. 5. Cap. 1.

(111.) S. Hieronymus, Epist. 4. ad Rustic. Monach.

(112.) Sidonius Apollinaris, Epist. Lib. IV. Ep. 3.

quarum peritiae si me decursorum ad hoc aevi temporum praerogativa non obruat, nec Frontonianae gravitatis, aut ponderis Apulejani flumen aequiparem: cui Varrones, vel Atacinus, vel Terentius, Plinii, vel avunculus, vel Secundus compositi in praesentiarum rusticabuntur. = A Frontone styli pompam veteres fuisse edoctos patet ex Claudiani Mamerti Epistola ad Sapaudum Rhetorem, quam in miscellaneis suis edidit Baluzius. = Naevius, ait ille, et Plautus tibi ad elegantiam, Cato ad gravitatem, Varro ad peritiam, Gracchus ad acrimoniam, Chrysippus ad disciplinam, Fronto ad pompam, Cicero ad eloquentiam capessendam usui sunt. =

## §. XI.

### Frontonis laus.

Satis jam ex his, quae dixi manifestum fit, Frontonis nomen magna in aestimatione fuisse apud veteres, quorum nos testimoniis acquiescere oportet, Orationibus ejus aetate deletis. Porro Orator ille, qui ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν ταῖς δίκαις φερόμενος = inter illius aevi Romanos primas ferens in caussis agendis = vocatur a Xiphilino;

(113) qui = Romanae eloquentiae non secundum, sed alterum decus =, cum Cicerone scilicet, adpellatur a Constantii Panegyriste, sive is Eumenius sit, sive alius; qui ut Cicero, Sallustius, Plinius, in certi dicendi generis exemplum proponebatur, maxima fama dicendus est vetusta aetate claruisse. Nobilissimum Oratorem eum vocat Eutropius, (114) cujus verba supra, §. V. prolata hoc modo graeca fecit Paeanius: Διδασκάλῳ δὲ ἐχρῆτο τῆς φιλοσοφίας μὲν Ἀπολλωνίῳ τῷ Χαλκηδονίῳ· Ῥητορείας δὲ, Ἑλληνικῆς μὲν Χαιρωνεῖ τῷ Πλουτάρχου συγγένει· τῆς Ἰταλῶν δὲ ΦΡΟΝΤΩΝΙ τῷ τότε ἀρίστῳ Ῥητόρων. Ubi male legebatur: Χεῤῥονήσῳ, pro Χαιρωνεῖ, et τῷ τε ἀρίστῳ, pro τῷ τότε ἀρίστῳ. Sidonius ad Leonem scribens (115) = suspende, ait, perorandi illud quoque celeberrimum flumen, quod non solum gentilitium, sed domesticum tibi, quodque in tuum ~~pe~~ pectus per succiduas aetates ab atavo Frontone transfunditur. = Saepe se adolescentulum ad Frontonem audiendum venisse ~~cum~~

---

(113.) Xiphilinus, in Vita Hadriani.

(114.) Eutropius, Hist. Rom. Breviar. Lib. VIII. Cap. 12.

(115) Sidonius Apollinaris, Epist. Lib. VIII. ep. 3.

cum scripsisset Aulus Gellius, (116) addit nunquam ab eo se discessisse, quin amplum inde fructum reportasset: = Adolescentulus Romae, priusquam Athenas concederem, quando erat a magistris, auditionibusque obeundis otium, ad Frontonem Cornelium visendi gratia pergebam, sermonibusque ejus purissimis, bonarumque doctrinarum plenis fruebar. Nec unquam factum est, quoties eum vidimus, loquentemque audivimus, quin rediremus fere cultiores, doctioresque. =

## §. XII.

### Frontonis Scripta, quae extant.

At quaenam elatus tantis laudibus Orator ingenii sui monumenta reliquerit, ostendent aliorum testimonia, non Frontonis scripta docebunt. Jam enim praestantissimi illius viri, preter famam gloriamque superstites, non extant nisi pauca quaedam Flavii Sosipatri Charisii beneficio servata, (117) itemque liber:

---

(116.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. XIX. Cap. 8.

(117.) Fl. Sosipater Charisius, Institut. Grammatic.

## De differentiis vocabulorum:

Saepius typis vulgatus, sub nomine Cornelii Frontonis, quem cum Oratore nostro eumdem esse putat Reimar, (118.) suspicatusque erat Egnatius. (119.) Idem sensisse videtur Fabricius. (120) Quorum sententiae ut subscribam, haud parum facit Gellii auctoritas, qui Frontonem nostrum de vocabulis disputantem pluries introducit. Utpote cum Phavorinum narrasset (121.) secum ad Frontonem concessisse, = ac deinde, inquit, cum ibi apud Frontonem plerisque, viris doctibus doctis praesentibus, sermones de coloribus, vocabulisque eorum agitarentur: quod multiplex colorum facies, appellationes autem incertae, et exiguae forent: plura sunt, inquit Phavorinus, in sensibus oculorum, quam in verbis, vocibusque colorum discrimina. = Expositisque

---

(118.) Reimar, ad Xiphilin. Vit. Hadriani.

(119.) Egnatius, ad Jul. Capitolin. Vit. M. Antonini Philos.

(120.) Fabricius, Biblioth. Latin. sive Notit. auctorum vet. latin. Lib. IV. Cap. 7. num. 16.

(121.) Aulus Gellius, Noct. Att. Lib. II. Cap. 26.

Phavorini sermone, et Frontonis contra eum argumentis, subjungit: = Postquam haec Fronto dixit: tum Phavorinus scientiam rerum uberem, verborumque ejus elegantiam exosculatus, absque te, inquit, uno, forsitan lingua profecto graeca longe anteisset. Sed tu, mi Fronto, quod in versu Homerico est, id facies:

„Καὶ νίκην ἐπ' ἀρετῇ· ἀμφήριστον ἔθηκας.

Sed cum omnia libens audivi, quae peritissime dixisti: tum maxime, quod varietatem flavi coloris enarrasti; fecistique ut intelligerem verba illa ex annali XIV. Ennii amoenissima, quae minime intelligebam:

„Verrunt extemplo placide mare marmore flavo,
Cæruleum spumat mare conferta rate pulsum.„

Non enim videbatur caeruleum mare cum mare cum marmore flavo convenire. Sed cum sit ita ut dixisti flavus color, viridi, et albo mistus, pulcherrime prorsus spumas virentis maris, flavo marmore appellavit. = Alibi Gellius (122.) frequenter se adhuc impuberem ad Frontonem ventitasse prae.

---

(122.) Idem, l. c. Lib. XIX. Cap. 4.

fatus, atque ex ejus semper sermonibus valde profecisse, = veluti, ait, fuit illa quodam die sermocinatio illius, levi quidem de re, sed a latinae tamen linguae studio non abhorrens. Nam cum quispiam familiaris ejus, bene eruditus homo, et tum poeta illustris, liberatum se esse aquae intercutis morbo diceret, quod arenis calentibus esset usus: tum illudens Fronto, morbo quidem, inquit, cares, sed verbi vitio non cares. Cajus enim Caesar, ille perpetuus Dictator, Cn. Pompeij socer, a quo familia, et appellatio Caesarum deinceps propagata est, vir ingenii praecellentis, sermonis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris, quos ad Marcum Ciceronem de analogia conscripsit, Arenas vitiose dici existimabat, quod Arena nunquam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neque Coelum, neque Triticum. = Ac pergit totum Frontonis sermonem exponens his verbis clausum: = Ite ergo nunc, et quando forte erit otium, quaerite an Quadrigam, et Arenas dixerit, e cohorte illa duntaxat antiquiore, vel Oratorum aliquis, vel Poetarum, idest classicus, adsiduusque aliquis scriptor, non proletarius. = Quibus subdit Gellius: = Haec quidem Fronto requirere nos jussit vocabula, non ea re, opinor, quod scripta esse in ullis veterum libris existimaret, sed ut nobis studium lectitandi, in quaerendis rarioribus verbis, exerceret. = Sic etiam alibi Frontonis disputationem refert Gellius (123.) contra Grammaticum quemdam, de verbo = Praeterpropter =; ac alibi (124.) iterum a Frontone interrogatum inquit Sulpitium Apollinarem, an recte homines praeter modum statura parvos, nanos vocare supersedisset, maluissetque pumiliones eos dicere, cum ita a veteribus scriptum nosset. = Sane haud mirum est hominem adeo latinae linguę studio deditum, circa ejusdem linguae voces stylum exercuisse. Frontonem citant Grammatici Fulgentius, et P. Consentius, (125.) praeter Sosipatrum Charisium. = Sunt multae reciprocae elocutiones, inquit Servius, (126.) ut hoc sunt multae unius partis utrique sufficientes, ut, tenemur amicitiis; ridiculum enim est si addas mutuis, cum amicitiis utrunque significet, sicut Fronto testatur. = et alibi: (127.) = „Hunc in=

---

(123.) Idem, l. c. Cap. 10.

(124.) Idem, l. c. Cap. 13.

(125.) P. Consentius, in Arte de duabus Oration. part.

(126.) Servius, ad Virgil. Aeneid. Lib. I. vers. 413. (127.) Idem, ter: „ Per hunc Terentius:

„ Dum rus eo coepi egomet inter vias.

Est autem crebra Frontonis eloqcutio: = ac rursus alibi: (128) = Galerus genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit, hoc galerum. = Isidorus Hispanus (129) = Carcer, inquit, est a quo prohibemur exire, et dictus carcer a coercendo. Hinc Fronto: „ Ut pergraecari potius amoenis locis, quam coerceri carcere viderentur. „ = Nescio an ad Frontonem nostrum respexerit.

## §. XIII.

### Frontonis Scripta deperdita.

Cum ea Frontonis scripta, in quibus potissimum ingenii, et artis vis elucebat, studiosorum manibus miserrime sublata perierint, extremum hoc jam Oratori nostro praestemus officium; amissa ejus opera quantum licet recenseamus. Men=

---

ad Virgil. l. c. Lib. VII. vers. 30.

(128.) Idem, ad Virgil. l. c. vers. 688.

(129.) S. Isidorus, Origin. Lib. XV. Cap. 2.

tio apud veteres istorum, quę sequuntur occurrit.

## Ad M. Aurelium Antoninum:

Sive M. Antonini laus, quam scripsisse Frontonem colligi potest ex hoc loco Panegyrici Constantii, Eumenio tributi: = Itaque Fronto, Romanae eloquentiae non secundum, sed alterum decus, quum belli in Britannia confecti laudem Antonino principi daret, quanvis ille in ipso urbis palatio residens gerendi ejus mandasset auspicium, veluti longę navis gubernaculis praesidentem, toties velificationis, et cursus gloriam meruisse testatus est. = Non praetereundus hac occasione egregii Oratoris Thomas (130.) de Frontone nostro locus egregius. = Il y a apparence, ait ille, que dans le même temps ce prince (Marc-Aurèle) fut loué par un homme plus digne de lui; c'étoit Cornélius Fronto, un des plus fameux orateurs qu'il y ait eu à Rome. Nous n'avons rien de ses ouvrages, mais Macrobe dans ses saturnales, Ausone dans son panégyrique, S. Jérôme et Sidoine Apollinai

---

(130.) Thomas, Essai sur les Eloges Chap. 16.

re dans leurs lettres, en parlent avec la plus grande estime. Ce qui prouve qu'il n'étoit pas médiocre, c'est qu'il avoit un genre d'éloquence à lui, et que, comme les peintres célèbres, il fit une école. Ceux des Romains qui jugeoint au lieu d'écrire, et se contentoient d'apprécier les talens sans en avoir, en classant leurs orateurs, citoient Cicéron pour l'abondance, Saluste pour la précision, Pline pour l'agrément, Fronto pour une certaine gravité austère. Antonin le choisit pour donner des leçons à Marc-Aurèle; et Marc-Aurèle sur le trône, lui fit élever une statue. De plus il le nomma consul. Ainsi il eut tous les honneurs qui supposent et augmentent la réputation. Nous n'avons qu'une seule phrase de son panégyrique; elle nous a été conservée dans un autre ouvrage de ce genre prononcé cent cinquante ans après. On doit estimer l'orateur qui loua un grand homme; mais on souhaiteroit que ce grand homme n'eût pas souffert qu'on le louât de son vivant. =

## Contra Christianos:

Sive oratio, ꝗ Minucio (131.) memorata, in qua Christianorum convivium reprehenderat Fronto noster, modo ad alium Frontonem non respexerit Minucius. Notandum etiam, potuisse Frontonem obiter in oratione aliqua de argumento illo disserere. Minucii verba adduxi supra, §. II.

## Quaestiones Convivales:

Seu opus, hoc, vel simili titulo praeditum, in quo de convivalibus problematis egerat Fronto. Patet ex Joanne Sarisberiensi, (132.) qui Frontonem addit auctoribus Macrobio (133.) memoratis hoc loco ab Joanne ipso repetito: =Quaestiones convivales proponas, vel ipse dissolvas. Quod genus veteres ita ludicrum non putarunt, ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit, et Plutarchus, et vester Apulejus.= Nescio an nostrum

---

(131.) Minucius Felix, in Octavio.

(132.) Joannes Sarisberiensis, Policrat. Lib. VIII. Cap. 10.

(133.) Macrobius, Saturnal. Lib. VII. Cap. 3.

Frontonem innuat Sarisberiensis.

## In Pelopem:

Excellens Oratio, cujus meminit Sidonius (134.) his verbis: =M. Fronto cum reliquis orationibus emineret, in Pelopem se sibi praetulit.= Ita Sidonii editio Sirmondiana. Alibi vero habetur: = cum reliquis oratoribus emineret =, quod magis probo. Ait enim Sidonius, ut puto, Frontonem caeteris jam Oratoribus prestantem, Oratione in Pelopem se ipsum superasse. Sic antea dixerat: = M. Tullius in actionibus caeteris caeteros, pro A. Cluentio ipse se vicit. =

## Pro Ptolomaeensibus:

Oratio Sosipatro Charisio (135.) memorata. Ab eodem Sosipatro (136.) citatur Fronto, secundo, et quinto sermone, sive incerti operis libro. Adlegatur ab Aeliano

---

(134.) Sidonius Apollinaris, Epist. Lib. VIII. ep. 10.

(135.) Fl. Sosipater Charisius, Institut. Grammat.

(136.) Idem, l. c.

(137) opus περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον τακτικῆς = de Homerica Tactice =, Φρόντωνι ὑπατικῷ ἀνδρὶ = a Frontone viro consulari = conscriptum; sed Frontinum sub eo nomine intelligendum putant viri docti.

---

(137) Aelianus, Tactic. Cap. 1.

Frontone Archimandrita Fab. 5. par. 2. [illegible] 92.
Nicopolitano Basil. Ep. 10. 78. Fab. 8. 109.

# Veterum
## Opuscula Selecta.

# ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ

# ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

## Ἀσπασίῳ.

Τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου, μετὰ τοὺς παλαιοὺς, ἄριστά μοι διεσκέφθαι δοκοῦσι; φιλοσόφων μὲν, ὁ Τυανεὺς, καὶ Δίων· στρατηγῶν δὲ Βροῦτος, ἢ ὅτῳ Βροῦτος ἐς τὰ ἐπιστέλλειν ἐχρῆτο: Βασιλέων δὲ ὁ θεσπέσιος Μάρκος ἐν οἷς αὐτὸς ἐπέστελλε, πρὸς γὰρ τῷ κεκριμένῳ τοῦ λόγου, καὶ τὸ ἑδραῖον τοῦ ἤθους ἐντετύπωται τοῖς γράμμασι. Ῥητόρων δὲ ἄριστα μὲν Ἡρώδης ὁ Ἀθηναῖος ἐπέστελλεν, ὑπέραττικίζων δὲ, καὶ ὑπερλαλῶν, ἐκπίπτει πολλαχοῦ τοῦ πρέποντος ἐπιστολῇ χαρακτῆρος.

# Philostrati

# Epistola.

## Aspasio.

Epistolarem ſcribendi characterem optime; post veteres, perſpexiſse mihi videntur, e philosophis quidem, Tyanensis, et Dio; e ducibus vero Brutus, ſive is, quo usus est Brutus ad conſcribendas epistolas: E Principibus: Divus Marcus in iis, quas ipſe ſcripſit epistolis, nam praeter verborum delectum, moris etiam firmitas in ejus ſcriptis exprimitur. E Rhetoribus Herodes Atheniensis epistolas optime composuit, nimis tamen Atticiſsans, ac nimis loquax, ab eo, qui epistolam decet charactere ſaepe declinat. Debet e-

Δεῖ γὰρ φαίνεσθαι τὴν τῶν ἐπιστολῶν ἰδέαν ἀττικεστέραν μὲν συνηθείας, συνηθεστέραν δὲ ἀττικίσεως· καὶ συγκεῖσθαι μὲν πολιτικῶς, τοῦ δὲ ἁβροῦ μὴ ἀπαύδειν. Ἐχέτω καὶ τὸ εὔσχημον ἐν τῷ μὴ ἐσχηματίσθαι· εἰ γὰρ σχηματιοῦμεν, φιλοτιμεῖσθαι δόξομεν, φιλοτιμία δὲ ἐν ἐπιστολῇ μειρακιῶδες. Κύκλον δὲ ἀποτορνεύειν ἐν μὲν ταῖς βραχυτέραις τῶν ἐπιστολῶν συγχωρῶ, ἵνα τούτῳ γοῦν ἡ βραχυλογία ὡραΐζοιτο ἐς ἄλλην ἠχὼ, πᾶσα στενὴ οὖσα. Τῶν δὲ ἐς μῆκος προηγμένων ἐπιστολῶν ἐξαίρειν χρὴ κύκλους, ἀγωνιστικώτερον γὰρ, ἢ κατ' ἐπιστολὴν, τοῦτο. Πλὴν εἰ μήπω ἐπὶ τελευτῆς τῶν ἐπεσταλμένων ἢ ξυλλαβεῖν δέοι τὰ προειρημένα, ἢ ξυγκλεῖσαι τὸ ἐπὶ πᾶσι νόημα.

nim epistolarum forma Atticisans videri magis, quam sermo vulgaris, sed ad hunc potius, quam ad Atticismum adcedens: civili dictione componi, nec tamen gratia carere: Adeo ornamentum habeat, ut non sit figurata, si enim figuraverimus adfectare videbimur; in epistola vero puerilis est adfectatio. In brevioribus tamen epistolis orbem rotundum facere permitto, ut inde saltem alio sono brevitas ornetur, cum angusta sit tota. Ast e prolixis epistolis oportet rotunditatem abducere, agonisticum enim id potius est, quam epistolare. Nisi forte in fine epistolae contrahenda sint ante dicta, vel totae epistolae propositum sit concludendum. Perspicuitas au-

Σαφήνεια δὲ ἀγαθὴ μὲν ἡγεμὼν ἅπαντος λόγου, μάλιστα δὲ ἐπιστολῆς. Καὶ γὰρ διδόντες, καὶ δεόμενοι, καὶ ξυγχωροῦντες, καὶ μὴ, καὶ καθαπτόμενοι, καὶ ἀπολογούμενοι, καὶ ἐρωτῶντες, ῥᾷον πείσομεν ἢν σαφῶς ἑρμηνεύσομεν. Σαφῶς δὲ ἑρμηνεύσομεν, καὶ ἔξω εὐτελείας, ἢν τῶν νοηθέντων τὰ μὲν κοινὰ καινῶς, τὰ δὲ καινὰ κοινῶς φράζωμεν.

tem, sermonis cujusque bona rectrix est, epistolae vero potissimum. Nam et dantes, et rogantes, sinentes, ac renuentes, adcusantes, defendentes, interrogantes facile persuadebimus, si perspicue loquuti fuerimus. Loquemur autem perspicue, exilitate etiam vitata, si ex sententiis, vulgares quidem noviter, nova vero vulgariter exposuerimus.

## ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

## Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας
## Ἐπιστολή.

Τῷ Ῥωμαίῳ Θεοφυλάκτῳ.

Αὐτὸς δὲ οὐδ' ἅπαξ, ὦ καλὲ, κἀγαθὲ, καί τοι, εἰ μὲν τὴν Πυθαγόρου μετεῖ φιλοσοφίαν. ἔδει τῶν πατρίων τῆς σιωπῆς σε ἀντέχεσθαι, καὶ οὐδ' ἡμεῖς ἄν σοι ἐπικαλεῖν ἦμεν δίκαιοι. Εἰ δὲ τὰ τοῦ Περιπάτου σπουδάζεις, καὶ τὸν Δαιμόνιον Ἀριστοτέλην αὐχεῖς, τί τὴν γλῶτταν ἐπεχεῖς, καὶ ἀποποιεῖς σου τὰ πάτρια; Οὐ γὰρ ἐκείνου τοῦ Κορυφαίου θιασῶται· Θεόφραστος, καὶ Δημήτριος, ὧν ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ θειότερον φράζειν ἔλαχεν ὄνομα, ὁ δέγε Φαληρεὺς καὶ περὶ ἑρμηνείας

## Theophylacti

## Bulgariae Archiepiscopi
## Epistola.

Romano Theophylacto.

Haud ſemel ipse et tibi dixi, honeste vir, et bone, ſi Pythagorae adhaereas philoſophiae, res patrias ſilentio retineas oportet, nec ut tibi id crimini demus aequitas noſtra patitur. Sin peripateticis vacas doctrinis, et Divinum Aristotelem celebras, quid linguam contines, ac patria a te abesse facis? Haud enim Coryphaeum illum ſacrificiis, et epulis coluerunt Theophraſtus, et Demetrius, quorum ille quidem ex eo quod divinius loqueretur ſortitus est nomen, Phalereus vero et de interpreλόγου σύνταγμά τι σπουδαῖον ἐξήνεγκεν. Ἀλλ' ὀλιγωρεῖς ἡμῶν, καὶ ταῦτά σε ποτὲ ἐκ ῥητορικῆς ξενισάντων, καὶ ἐστιασάντων; ὡς εἴκομεν, τοῦτο μὲν ἤδη περιπατητικὸν φρονεῖς, εἴπερ Ἀριστοτέλους ἡ πρὸς Πλάτωνα ὀλιγωρία πιστή· ἀλλὰ μὴ ἐκεῖνο μᾶλλον ἐκδεκτέον ὅτι τὸ ἐπὶ παλαιὸν δυσχεραίνει τοῦ θείου Πλάτωνος ὁ Δαιμόνιος, καὶ τοῦτον σπαράττει πολλαχοῦ ἐπὶ συντηρήσει τῶν ὑψηλοτέρων, καὶ ἵνα πείσῃ μὴ οὕτω ταπεινῶς, καὶ ὑποπεξίως ἐκλαμβάνεσθαι τὰ οὐράνια. Ταῦτα οὖν παραδεχόμενος περὶ τῆς διαφορᾶς τοῖν ἀνδροῖν, οὐ δὲ τοῦτο πατρῴζεις τὴν πρὸς τοὺς ἦν ὅτε διδασκάλους ὀλιγωρίαν. Ἑάλως οὖν ἡμῖν ὁ πολλὰς πλεκτὰς συλλογισμῶν ἐπισπώμε=

tatione sermonis adcuratum quoddam edidit scriptum. Sed negligis nos etiam cum olim sic te hospitio ex rhetorica, et convivio receperimus. Id quidem jam, ut concedimus, peripateticum sentis, si dignus fide sit Aristotelis in Platonem despectus. Verum non illud magis probandum, quod Divinum Platonem antiquitus moleste ferret Divinus Aristoteles, frequenterque laceraret, propter sublimiorum reverentiam, atque ut suadeas, non adeo viliter, et contemptim excipienda esse coelestia. Ista intelligens igitur de discrimine inter duos viros, ne patrem imiteris circa eorum, qui magistri olim fuere contemptum. Tu ergo a nobis es captus, qui syllogismorum nexus adtrahis com=

νος· ἀλλὰ γὰρ ἰδού με καὶ διαδιδράσκεις διακόψας τὰ ἅμματα τῇ μαχαίρᾳ τῆς ἀρχῆς, ἣν ἐφόρεσας. Αἰτιᾷ γάρ που τὸν τῶν πραγμάτων τάραχον, οὐκ χέοντά σου τῆς πρὸς τὰ βελτίω σχολῆς τὴν εὐστάθειαν. Τούτοις δὲ συντάττεις καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς γράμματα, ἐρεῖς τι καὶ δεύτερον, ὡς ὁμιλεῖς ἡμῖν τῷ μετρίῳ, καὶ ὄντως καλῷ Ἰωάννῃ τὴν σαυτοῦ καρδίαν ἐκχέων, ὥστε μάτην σε, καὶ τὸν ἀναίτιον αἰτιώμεθα. Τοῦτο δέ σου τῆς ἀπολογίας καὶ μᾶλλον δέχομαι. Ὁ γὰρ δὴ καλὸς οὗτος Ἰωάννης πρὸς ἡμᾶς γράφων, μυρία τὴν πρὸς αὐτόν σου χρηστότητα κατευφήμησε, καὶ ἐοικὼς οὐκ ἀχάριστον ψυχὴν εἰς τὰ γράμματα κατατίθεσθαι· ὥστε βάλλ᾽ οὕτως χρίων τὰ βέλη σου μέλιτι, καὶ

plures. Sed ecce me etiam effugis, vincula scindens gladio magistratus, quem gessisti. Negotiorum enim quodammodo caussaris tumultum, qui in te haud profundit ad melioribus vacandum stabilitatem. His et litteras ad nos scribis, et aliud quid jungis, sicut nobiscum conversaris, probo viro, et revera honesto Joanni expandens cor tuum, adeo ut nequicquam te, et sine caussa culpemus. Id autem potius pro tua defensione suscipio. Hic enim honestus Joannes ad nos scribens, tuam erga ipsum beneficentiam mille laudibus celebravit, et non ingratum animum par est in scriptis deponere, ita ut sic tu ferias tela tua melle liniens, nos οὐκ ἄν σε γραφὰς ἀπαιτοῦντες, τῆς ἐς φιλίαν, ἢ λόγους παρανομίας γραψοίμεθα. Ἀπέχομεν γὰρ τὰς ὀφειλὰς οἷς ἀποτιννύεις τῷ Ἰωάννῃ. Πρόδηλον ὅτι καὶ οἱ πάροικοι ἡμῶν, καὶ πάντα τῆς ἐκκλησίας ἁπλῶς λευκὰς ἡμέρας διάζουσιν αὐτοῦ τὴν σὴν γλυκύτητα δεχομένου, πολλῷ φερομένην τῷ ῥεύματι. Εἴη σε τηρῶν ὁ τῆς σοφίας πατὴρ Θεὸς, πάσης κακύνσεως ἀνώτερον, καὶ κακώσεως.

vero a te scripta repetentes, haud transgrediendo amicitiae leges, sermonumve scribamus. Debita sane recipimus, quae Joanni solvis. Manifestum est, et adcolas nostros, et quemque ex Ecclesia virum, albas dies simpliciter ducere, sumente te dulcedinem tuam, quae multo fertur effluxu. Desuper te servet Deus sapientiae Pater a noxa quacumque, et depravatione.

# ΥΠΟΘΕΣΙΣ
## ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΥ
## Δειπνοσοφιστῶν

Ἀθήναιος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατὴρ· ποιεῖται δὲ τὸν λόγον πρὸς Τιμοκράτη. Δειπνοσοφιστὴς δὲ ταύτη τοὔνομα. Ὑποκεῖται δὲ τῷ λόγῳ Λαρήνσιος Ῥωμαῖος ἀνὴρ, τῇ τύχῃ περιφανὴς, τοὺς κατὰ πᾶσαν παιδείαν ἐμπειροτάτους ἑαυτοῦ διατυμόνας ποιούμενος· ἐν οἷς οὐκ ἔσθ' οὗ τινος τῶν καλλίστων οὐκ ἐμνημόνευσεν. Ἰχθῦς τε γὰρ τῇ βίβλῳ ἐνέθετο, καὶ τὰς τούτων χρείας, καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων ἀναπτύξεις· καὶ λαχά-

# Argumentum
## Athenaei
## Deipnosophistarum.

Athenaeus quidem pater est libri; Timocratem autem adloquitur. Libro ipsi titulus est, Deipnosophista: Sermoni interest Laurensis Romanus vir, fortuna splendidus, qui in omni disciplinarum genere doctissimos domum adcersivit ad convivium, in quo nulla e rebus pulcherrimis est, quae non fuerit memorata. De piscibus enim, et eorum usu dissertum est in hoc libro, de vocum expositionibus, ac quovis olerum νων γένη παντοῖα, καὶ ζώων παντοδαπῶν, καὶ ἄνδρας ἱστορίας συγγεγραφότας, καὶ ποιητὰς, καὶ ὅλως σοφοὺς; καὶ ὄργανα μουσικὰ, καὶ σκωμμάτων εἴδη μυρία, καὶ ἐκπωμάτων διαφορὰς, καὶ πλούτους Βασιλέων διηγήσατο, καὶ νηῶν μεγέθη, καὶ ὅσα ἄλλα οὐδ' ἂν εὐχερῶς ἀπομνημονεύσαιμι, ἢ ἐπιλίποι με. ἡ ἡμέρα κατ' εἶδος διεξερχόμενον. Καὶ ἔστιν ἡ τοῦ λόγου οἰκονομία, μίμημα τῆς τοῦ δείπνου πολυτελείας, καὶ ἡ τῆς βίβλου διασκευὴ, τῆς ἐν τῷ λόγῳ παρασκευῆς. Τοιοῦτον ὁ θαυμαστὸς οὗτος τοῦ λόγου οἰκονόμος Ἀθήναιος, ἥδιστον λογόδειπνον εἰσηγεῖται, κρείττων τὲ αὐτὸς ἑαυτοῦ γινόμενος, ὥσπερ οἱ Ἀθήνησι Ῥήτορες, ὑπὸ τῆς ἐν τῷ λέγειν θερμότητος πρὸς τὰ ἐ=

genere, de animantibus omnigenis, de historicis, poetis, uno verbo, sapientibus, tum de musicis instrumentis, ac jocorum speciebus innumeris, differentiaque poculorum. Exponit etiam auctor divitiasque Regum, naviumque magnitudinem, et alia, quae non facile memorem, quin singillatim enumeranti dies deficiat. Dispositio autem sermonis, coenae magnificentiam, libri vero dispositio, ordinem sermonis imitatur. Talem admirandus iste sermonis ejusdem administrator Athenaeus festivissimam disputationum coenam introducit, ipseque ipso factus praestantior, ut Atheniensium Oratores, dicendi calore ad ea, quae in libro

πόμενα τῆς βίβλου βαθμηδὸν ὑπεράλλεται. Οἱ δ᾽ ἐν τῷ δείπνῳ δῆθεν ἐπιδημήσαντες δειπνοσοφισταὶ ἦσαν· Μασούριος, νόμων ἐξηγητὴς, καὶ πάσης παιδείας οὐ παρέργως ἐπιμέλειαν ποιούμενος· Μόνιος ποιητὴς, ἀνὴρ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην παιδείαν οὐδενὸς δεύτερος, καὶ τὴν ἐγκύκλιον οὐ παρέργως ἐζηλωκὼς, ἕκαστον γὰρ ὧν ἐπεδείκνυτο, ὡς μόνον τοῦτο ἠσκηκὼς ἐφαίνετο· τοιαύτῃ πολυμαθείᾳ ἐκ παίδων συνετράφη. Ἰάμβων δὲ ἦν ποιητὴς, οὐδενὸς δεύτερος, φησὶ τῶν μετ᾽ Ἀρχίλοχον ποιητῶν. Παρῆν δὲ καὶ Πλούταρχος, καὶ Λεωνίδης ὁ Ἠλεῖος, καὶ Αἰμιλιανὸς ὁ Μαυρούσιος, καὶ Ζωΐλος, Γραμματικῶν οἱ χαριέστατοι. Φιλοσόφων δὲ παρῆσαν Ποντιανὸς, καὶ Δημόκριτος οἱ Νικομη-

sequuntur gradatim adscendit. Qui ad coenam advenae quasi adcesserant Deipnosophistae, erant, Masurius, legum enarrator, qui disciplinis universis haud obiter operam dederat: Monius poeta, vir alia quoque doctrina nulli secundus, cyclicamque disciplinam haud leviter sectatus. Quidquid enim exponendum sumeret, ea tantum in re sese exercuisse videbatur; ad talem multiplicem scientiam a teneris se converterat. Jamborum autem erat poeta, nulli, ait, secundus poetarum, qui post Archilochum fuerunt. Aderant et Plutarchus, et Leonides Eleus, Aemilianusque Maurusius, ac Zoilus, Grammaticorum nobilissimi. E Philosophis Pontianus, atque Democritus Nicomeden-

δεῖς, πολυμαθείᾳ πάντας ὑπερηκοντικότες: Φιλαδελφός τε ὁ Πτολεμαεὺς, ἀνὴρ οὐ μόνον ἐν φιλοσόφῳ θεωρίᾳ τεθραμμένος, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν ἄλλον βίον ἐξητασμένος. Τῶν δὲ Κυνικῶν εἷς ἦν, ὃν Κύνουλκον καλεῖ, ᾧ οὐ μόνον δύο κύνες Ἀργοὶ εἵποντο, ὡς τῷ Τηλεμάχῳ ἐκκλησιάζοντι, ἀλλὰ τῶν Ἀκταίωνος πολὺ πλείονες: Ῥητάρων τε ἦν ἄγυρις, τῶν Κυνικῶν κατ' οὐδὲν ἀπολειπομένη· ὧν κατέτρεχε μετὰ καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι τι ἐφθέγγοντο, Οὐλπιανὸς ὁ Τύριος, ὃς διὰ τὰς συνεχεῖς ζητήσεις, ἃς ἀνὰ πᾶσαν ὥραν ποιεῖται ἐν ταῖς ἀγυιαῖς, περιπάτοις, βιβλιοπωλείοις, βαλανείοις, ἔσχεν ὄνομα τοῦ κυρίου διασημότερον, Κειτούκειτος. Οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμον εἶχε, μηδενὸς

*ses, doctrinarum omnes multiplicitate superantes. Philadelphus pręterea ex Ptolemaide, vir non in philosophica duntaxat speculatione versatus, sed de aliis quoque muneribus vitae sollicitus. E Cynicis unus aderat, quem Cynulcum vocat auctor. Eum non solum duo Argivi canes sequebantur, ut concianantem Telemachum, sed longe plures, quam ii, qui Actaeoni fuerunt. Aderat et Rhetorum coetus haud illo Cynicorum inferior. Eos, aliosque, qui loquebantur, Ulpianus Tyrius persequebatur, ob frequentes interrogationes in vicis, ambulationum locis, librariorum tabernis, balneis, quovis tempore propositas, nomen adeptus Κειτουκείτου proprio nomine notius. Viro isto mos fuit, nil cibi gusta-*

ἀποτρώγειν, πρὶν εἰπεῖν, κεῖται, ἢ οὐ κεῖται; οἷον, εἰ κεῖται ὥρα ἐπὶ τοῦ τῆς ἡμέρας μορίου· ἢ εἰ μήτρα κεῖται ἐπὶ τῶν ἐδωδίμων βρωμάτων· εἰ σύαγρος κεῖται τὸ σύνθετον ἐπὶ τοῦ συός. Ἰατρῶν δὲ παρῆσαν, Δάφνος Ἐφέσιος ἱερὸς τὴν τέχνην, καὶ κατὰ τὰ ἤθη τῶν Ἀκαδημαϊκῶν λόγων οὐ παρέργως ἁπτόμενος· Γαληνός τε ὁ Περγαμηνὸς, ὃς τοσαῦτ' ἐκδέδωκε συγγράμματα φιλόσοφά τε, καὶ ἰατρικὰ, ὡς πάντας ὑπερβαλεῖν τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν οὐδενὸς ὢν τῶν ἀρχαίων ἀδυνατώτερος: Ῥουφῖνός τε ὁ Νικαεὺς. Μουσικὸς δὲ παρῆν Ἀλκείδης ὁ Ἀλεξανδρεὺς. Καὶ ἦν ὁ κατάλογος οὗτος στρατιωτικὸς, φησὶ, μᾶλλον ἢ συμποτικὸς. Δραματουργεῖ δὲ τὸν διάλογον ὁ Ἀθήναιος, ζή-

re, quin prius dixisset: „extat ne, an non extat?» quemadmodum, an extet vox ὥρα pro diei parte; vel an vox μήτρα adhibita reperiatur ad esculentos cibos significandos; an σύαγρος vox composita extet pro sue. E medicis aderant, Daphnus Ephesius, vir arte sacer, et qui Academica dogmata, quoad mores, non leviter adtigerat: Galenus item Pergamenus, qui tot edidit scripta philosophica, et medica, ut omnes, qui ante ipsum fuerant superaret; quoad eloquutionem vero nullo veterum infirmior: Praeterea Rufinus Nicaenus. Musicus autem aderat Alcides Alexandrinus. Eratque, inquit Catalogus hicce militaris magis, quam convivalis. Platonica autem imitatione, dialogum in modum dra-

λῳ Πλατωνικῷ. Οὕτως γοῦν ἄρχεται.

matis componit Athenęus. ſic igitur incipit.

# C. Sollii Apollinaris Sidonii Epistola.

## Sidonius Constantio suo Salutem.

Diu praecipis, domine major, summa suadendi auctoritate, sicuti es in iis, quae deliberabuntur consiliosissimus, ut si quae literae paulo politiores varia occasione fluxerunt, prout eas causa, persona, tempus elicuit, omnes retractatis exemplaribus, enucleatisque uno volumine includam, Q. Symmachi rotunditatem, C. Plinii disciplinam, maturitatemque vestigiis praesumptuosis insequuturus. Nam de M. Tullio silere me in stylo epistolari melius puto, quem nec Julius Titianus totum sub nominibus illustrium foeminarum digna similitudine expressit. Propter quod illum caeteri quique Frontonianorum, utpote consectaneum aemulati, cur veternosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam nuncupaverunt. Quibus omnibus ego, immane dictu est, quantum semper judicio meo cesserim, quantumque servandam singulis pronuntiaverim, temporum suorum, meritorumque praerogativam. Sed scilicet tibi parui, tuaeque examinationi has non recensendas, hoc enim parum est, sed defæcandas ut ajunt, limandasque commisi, sciens te immodicum esse fautorem non studiorum modo, verum etiam studiosorum. Quamobrem nos nunc perquam haesitabundos in hoc deinceps famae pelagus impellis. Porro autem super hujusmodi opusculo tutius conticueramus, contenti versuum felicius, quam peritius editorum opinione, de qua mihi jampridem in portu judicii publici, post lividorum latratuum scyllas enavigatas, sufficientis gloriae anchora sedet. Sed si et hisce deliramentis genuinum molarem invidia non fixerit, actutum tibi a nobis volumina numerosiora, percopiosis scaturientia sermocinationibus multiplicabuntur. Vale.

# Observationes.

# Observationes

# In Philostrati Epistolam.

Φιλοστράτου Ἐπιστολὴ) Epistolam hanc, de modo epistolas scribendi περὶ τοῦ πῶς χρὴ ἐπιστέλλειν, memorat Philostratus alter in Vitis Sophistarum. (1.) Amatorias epistolas ἐπιστολὰς ἐρωτικὰς refert Suidas (2.) inter scripta Philostrati illius, cujus extant tum Vitae Sophistarum, tum opera alia; sed epistola, quae hic exhibetur, amatoria non est, nec in membranis Vaticanae Bibliothecae cum Philostrati alterius epistolis reperitur. Cum his tamen prodiit non semel tantum, et prima ex Philostrati epistolis vocari solet. Eas latine vertit Antonius Bonfini, ac deinde Olearius, qui propriis additis notis, cum aliis, quae extant Philostratorum operibus ipsas edi curavit. Recusae sunt Philostrati epistolae cum Olearii versione, et notis, septimo operum Meursia-

---

(1.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Aspasii.

(2.) Suidas, Lex. art. Φιλόστρατος Φιλοστράτου.

norum volumine, ab Joanne Lami editorum, Florentiae anno 1746. Manifestum est, harum epistolarum primam, eam scilicet, quae hic habetur, non differre a Philostrati fragmento de charactere epistolari, cujus initium: Τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου = Epistolarem scribendi characterem =: et quem in Bibliotheca Vindobonensi extare fert Lambecius.

Ἀσπασίῳ) Male edebatur: Ἀσπασίᾳ = Aspasiae =, ut bene monet Olearius. (3.) Dissidium cum Aspasio habuit Philostratus, epistolamque istam non ad Aspasium scripsit sed contra Aspasium, ut ejus epistolas scribendi modum reprehenderet. Videndus Philostratus alius. (4.) Ideo inscriptionem illam: Ἀσπασίῳ = Aspasio =, a librariis additam putat Olearius. (5.)

Ὁ Τυανεὺς) Apollonium Tyanensem intelligit Philostratus, cujus variae extant epistolae, aliae interciderunt.

Στρατηγῶν δὲ Βροῦτος, ἢ ὅτῳ Βροῦτος ἐς τὸ ἐπιστέλλειν ἐχρῆτο) Epistolas sub Bruti nomine circumlatas

---

(3.) Olearius, ad Philostr. Epist. 1.

(4.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Aspas.

(5.) Olearius, ad Philost. Ep. 1.

memorat Photius tum alibi, (6.) tum loco illo insigni, (7.) quem integrum, cum ibi de pluribus epistolarum scriptoribus sermo sit, hic exscribere haud abs re puto: Οἱ μὲν ἄλλοι τοῦ Πλάτωνος λόγοι τοῦ πολιτικοῦ λόγου πεφύκασι γνώμονες, πλὴν εἴ τι κατ᾽ ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐνιαχοῦ παρημέληται. Αἱ δὲ τούτου Ἐπιστολαὶ ἴσον τε τῆς ἐκείνου λογιότητος, καὶ τοῦ ἐπιστολιμαίου τύπου ἀπολείπονται. Αἱ δέ γε τοῦ Ἀριστοτέλους τῶν μὲν ἄλλων αὐτοῦ γραμμάτων εἰσί πως λογοδέστεραι, πλὴν οὐδὲ ταῖς Πλατωνικαῖς ἐξισάζουσι. Δημοσθένους δὲ οἱ μὲν ἄλλοι πόνοι καὶ Ῥητόρων, καὶ Κριτικῶν πληροῦσι τὰ στόματα, τὰς ἐπιστολὰς δὲ οὐδὲν ἀμείνους εὑρήσεις τῶν Πλάτωνος. Τίσιν οὖν ἐπιστολαῖς ὁμιλητέον; καὶ τίσι τὸν ἐπιγνωσθέντα ἡμῖν, διὰ τῆς τέχνης, χαρακτῆρα ἐφαρμόζοντες τὴν γυμνασίαν συλλεξόμεθα; Ἔστι μὲν ἄλλο πλῆθος ἄπειρον. Ἔχεις δὲ, ἵνα μηδὲ μακρὸν ᾖ σοι τὸ τῆς γυμνασίας στάδιον, τὰς εἰς Φάλαριν, ἐκεῖνον οἶμαι τὸν Ἀκραγαντίνων Τύραννον ἀναφερομένας ἐπιστολὰς, καὶ αἷς ΒΡΟΥΤΟΣ ὁ

---

(6.) Photius, Biblioth. Cod. CLVIII.

(7.) Idem, l. Epist. 207.

Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπιγράφεται, καὶ τὸν ἐν Βασιλεῦσι φιλόσοφον, καὶ τὸν σοφιστὴν ἐν ταῖς πλείσταις Λιβάνιον. Εἰ δὲ βούλεις σὺν τῷ χαρακτῆρι, καὶ πολλῶν ἄλλων, καὶ ~~μα~~ μεγάλων συλλέξαι ὠφήλειαν, ἀρκήσει σοι Βασίλειος ὁ γλυκὺς, καὶ ὁ κάλλους εἴ τις ἄλλος ἐργάτης, Γρηγόριος, καὶ ἡ ποικίλη-, καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς Μοῦσα, Ἰσίδωρος, ὃς ὥσπερ λόγων, οὕτω δὲ καὶ ἱερατικῆς, καὶ ἀσκητικῆς πολιτείας κανῶν ἐστι χρηματίζειν ἀξιόχρεως· καὶ εἴ τις ἕτερος, μετὰ τῆς ὁμοίας προαιρέσεως τὴν ἐκείνων ἰδέαν ταῖς ἰδίαις Ἐπιστολαῖς ἐνεδυναμώθη μορφώσασθαι.

Βασιλέων δὲ ὁ θεσπέσιος Μάρκος) M. Aurelium Antoninum innuere Photium putat Fabricius (4) dum loco modo prolato τὸν ἐν Βασιλεῦσι φιλόσοφον = in Imperatoribus philosophum = memorat; licet ad Julianum, qui epistolas et ipse conscripsit, respexisse Photium censeat Montaigu. Porro verisimile mihi parum videtur honorifico nomine a Photio Julianum fuisse adpellatum, quem veteres Christiani scriptores, cum addito ὁ παραβάτης = Apostata =, vel ὁ ἀσεβὴς = Impius =, pleru vel alio hujusmodi plerumque nominare solebant.

---

(4) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. II. Cap. 10. §. 44.

Καὶ τὸ ἑδραῖον τοῦ ἤθους) Plurimum morale epistolis inesse debere inquit Demetrius Rhetor: (9.) πλεῖστον δὲ ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολὴ, ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος· σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολὴν. Καὶ ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἄλλου λόγου παντὸς, ἰδεῖν τὸ ἦθος τοῦ γράφοντος· ἐξ οὐδενὸς δὲ οὕτως, ὡς ἐπιστολῆς = Plurimum autem morale habeat epistola, ut et dialogus; fere enim suimetipsius imaginem quisque scribit epistolam. Et noscere quidem licet ex alio quovis scripto auctoris mos, e nullo tamen sicut ex epistola. =

Ἡρώδης ὁ Ἀθηναῖος) De Herode Attico dixi in Commentario de Vita, et Scriptis Aristidis, §. V. Ex ejus epistolis, quas plurimas fuisse docet, nonnullas nominat Philostratus alter in Sophistarum Vitis. (10.)

Καὶ συγκεῖσθαι μὲν πολιτικῶς, τοῦ δὲ ἁβροῦ ἀπαύδειν) similiter pręcipit Demetrius: (11.) Καθόλου δὲ μεμίχθω

---

(9.) Demetrius, de eloquutione.

(10.) Philostratus, Vit. Soph. Lib. II. in Vita Herodis. (11.) Demetrius, ἡ ἐπιστολὴ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἐκ δυοῖν χαρακτῆροιν τούτοιν, τοῦ τε χαρίεντος, καὶ τοῦ ἰσχνοῦ = Universe autem in epiſtola miscentor duo isti charactereſ, venuſtus, exilisque. =

---

de eloquutione.

# Observationes

# In Theophylacti Bulgariae Archiepiscopi Epistolam.

Θεοφυλάκτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας Ἐπιστολὴ) Theophylacti Epistolas quinque, et septuaginta primum e Codice Mediceo Graece edidit Joannes Meursius Lugduni Batavorum, anno 1617. Harum latinam versionem elucubravit Vincentius Marinerius in Bibliotheca Patrum Coloniae editam, ac deinde Lugduni. Joannes Lami Epistolas ipsas postea, Graece, et latine ex Marinerii versione, recudi curavit tomo octavo operum Meursii, Florentiae, anno 1746. Addidit praestantissimus editor, ad calcem Voluminis, epistolas alias Theophylacti quinque, et triginta, e Laurentiano Codice recens erutas. Hae ipsę, et illae, quas Meursius edidit epistolae denuo prodierunt tertio omnium Theophylacti operum volumine Venetiis editorum. Ibi insuper e Codice Vaticano aliae Theophylacti e=

pistolae viginti editę sunt graece, cum latina versione Bonifacii Finetti Ordinis Praedicatorum. Ea, quae hic exhibetur epistola trigesima quarta est ex illis, quas Joannes Lami primus edidit. Hanc, aliasque epistolas illas Latine vertit Petrus Massari Sacerdos Florentinus, ut monet Lami in fine Praefationis ad volumen octavum operum Meursianorum. Male igitur Veneta Theophylacti editio epistolas ipsas, in earum titulo vocat, Latine versas a Joanne Lami. De Theophylacto jam nihil adtinet dicere, post ea, quae de ipsius Gestis, Scriptis, ac Doctrina disseruit Vir eruditissimus Joannes Franciscus Bernardus Mariae de Rubeis Ordinis Praedicatorum. De eo consulendi etiam Labbè, Cave, et Fabricius. (1.)

Καί τοι) Scribendum puto: καί σοι, quamvis et τοι pro σοι Dorice dici possit. Attamen paulo post in hac epistola legitur: ἄν σοι.

Ἀποποιεῖς) Ita recte Codex Vaticanus pro ἀποποιῇ, quod verbum habent editiones Florentina, et Veneta.

Θεόφραστος, καὶ Δημήτριος) Edebatur: Θεόφραστοι, καὶ

---

(1.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 5. §. 5.

Δημήτριοι = Theophrasti, et Demetrii. = Sed Codex Vaticanus habet: Θεόφραστος, καὶ Δημήτριος = Theophrastus, et Demetrius =; quam lectionem alteri praetuli, quia si illa melior foret, postea, ni fallor, legi deberet: ὧν οἱ μὲν = quorum illi quidem. = At vero legitur: ὧν ὁ μὲν = quorum ille quidem. =

Ὧν ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ θειότερον φράζειν ἔλαχεν ὄνομα) Theophrastus antea Tyrtami nomine dictus fuerat. Postea, ob divinam quasi eloquutionem, Theophrasti nomen obtinuit. De hac nominis mutatione videndi, Cicero, (2.) Quintilianus, (3.) Plinius; (4.) Strabo, (5.) Seneca Philosophus, (6.) Stephanus Byzantinus, (7.) Laer=

---

(2.) M. Tullius Cicero; in Oratore.

(3.) M. Fabius Quintilianus, Institution. Orator. Lib. X. Cap. 1.

(4.) Plinius, Praef. ad Histor. Natural.

(5.) Strabo, Geograph. Lib. XIII.

(6.) L. Annaeus Seneca, Natural. Quaestion. Lib. VI. Cap. 13.

(7.) Stephanus Byzantinus; de Gent. artic. Ἔρεσος.

tius, (8.) Tzetzes, (9.) Suidas. (10.)

Ὁ δέγε Φαληρεὺς) Phalereo Demetrio hic tribuit Theophylactus libellum ingeniosissimum περὶ ἑρμηνείας = de eloquutione =, qui adhuc extat, Phalereo vero recentiorem habet auctorem, ut omnibus jam eruditis viris perspectum est. Hic tamen Theophylacti locus satis ostendit, multo jam ante nos tempore errorem invaluisse de illius libelli scriptore; adeoque locus iste valde notatu dignus videtur. Idcirco e Vaticano Codice excerptus lucem jam ille adspexerat, priusquam Theophylacti epistola tota prodiret. De illius autem libelli scriptore, quamvis nil certo adfirmare liceat, videtur tamen optimo jure conjectari posse, eum optimo non differre a Demetrio illo, de quo Galenus: (11.) Δημήτριος Ἀλεξανδρεὺς, ἑταῖρος Φαβωρίνου, δημοσίᾳ λέγων ἑκάστης ἡμέρας εἰς τὰ προβαλλόμενα κατὰ τὴν ἰδέαν τῆς Φαβωρίνου λέξεως = Demetrius Alexandrinus, Phavorini amicus, quavis die publice dicens in proposita dispu-

---

(8.) Diogenes Laertius, in Vita Theophrasti Lib. V. Segm. 38.

(9.) Tzetzes, Chil. IX. ver. 936. Chil. XI. ver. 860.

(10.) Suidas, Lex. art. Θεόφραστος.

(11.) Galenus, de Praecognit. ad Epigen. Cap. 5.

tans, ad exemplar dictionis Phavorini. = Porro τέχνας ῥητορικὰς = artes rhetoricas = eum scripsisse docat Laertius, (12.) quod auctori libri de eloquutione optime convenit: Γεγόνασι δὲ Δημήτριοι ἀξιόλογοι εἴκοσι ...... ὄγδοος, ὁ διατρίψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, σοφιστὴς, τέχνας γεγραφὼς ῥητορικὰς = Fuerunt autem Demetrii alii viginti, memoratu digni ...... octavus, Sophista, qui Alexandriae moratus est, et artes rhetoricas scripsit. = Jam vero scriptorem libri de eloquutione, Demetrium revera dictum fuisse, Ammonii Hermeae filii probare videtur auctoritas, qui initio Com̄entarii in Aristotelis librum περὶ ἑρμηνείας = de interpretatione =, haec ait: οὐ γὰρ δὴ καθάπερ Δημήτριος τὸ περὶ λογογραφικῆς ἰδέας βιβλίον συγγράψας, καὶ οὗτος αὐτὸ ἐπιγράψας περὶ ἑρμηνείας, ἀξιοῖ καλεῖν ἑρμηνείαν τὴν λογογραφικὴν ἰδέαν = Haud enim, ut Demetrius, qui de scribendi forma librum composuit, eumque et ipse inscripsit, περὶ ἑρμηνείας, bonum putat, ἑρμηνείαν vocare scribendi formam = Demetrium igitur illum, de quo Laertius, et Galenus locis supra prolatis, ut auctor libri de eloquutione agnoscen-

---

(12.) Diogenes Laertius, in Vita Demetrii Phalerei Lib. V. segm. 84.

dum esse autumarunt Gerardus Joannes Vossius,(13.) ac Thomas Gale,(14.) qui eum M. Aurelii Antonini temporibus vixisse notavit. Ipsi consentiunt Hudson,(15.) et Fabricius.(16.) Ante hos omnes M. Antonius Muretus (17.) auctorem libri de eloquutione Demetrium Alexandrinum vocaverat, ideo reprehensus Menagio,(18.) qui libentius audit Valesium,(19.) librum illum Dionysio Halicarnasseo minus recte, ut videtur tribuentem, quod fecit et Isaacus Vossius.(20.) Sed sibi ipsi contradicit

---

(13.) Vossius, Institut. Orator. Lib. VI. Cap. 2.

(14.) Gale, Praef. ad Rhetores selectos.

(15.) Hudson, Praef. ad Dionys. Halicarnass. edit. Oxon. an. 1704. Tom. II.

(16.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 31. §. 1. Cap. 32.

(17.) Muretus, Cum Aristotel. Libros de arte rhetor. interpretari inciperet Orat.

(18.) Menagius, Observ. et Emend. in Diog. Laer. Vit. Demetrii Phalerei Lib. V. Segm. 81.

(19.) Valesius, ad Nicol. Damasc. — Excerp. ex Collectan. Constantini Aug. Porphyrogen.

(20.) Vossius, ad Catull. et de poematum cantu, et viribus rythmi.

Menagius, (21.) dum Demetrium Phavorini amicum eumdem suspicatur cum illo, de quo Ammonius Hermeae filius loco supra laudato.

Σύνταγμά τι) Codex Vaticanus habet: συνταγμάτιον.

Ἰωάννῃ) Jannes hic idem forte est, cujus meminit cum illo, cujus meminit Theophylactus quinta ex epistolis Venetiis primum editis. Inscribitur haec epistola Τῷ Ῥωμαίῳ = Romano =, Theophylacto scilicet, ut puto, cui ista, quae hic exhibetur, epistola inscribitur; sic autem incipit: Ἐκκεκώφηκάς μοι τὰ ὦτα ὁ καλὸς Ἰωάννης, λαμπρότατέ μοι ἐν Κυρίῳ υἱὲ, μετὰ κρότων τὰ σὰ διηγούμενος. Hic Joannes, ut censeo, est Italus ille philosophus, cui inscribitur quadragesima quinta ex Theophylacti epistolis a Meursio editis. De isto videnda Anna Comnena. (22.) Ejus methodum synopticam dialecticae ad Andronicum Imperatorem in Codice Naniano contentam memorat Mingarelli, (23.) Orationesque itidem quatuor, e Codice Bibliothecae S. Salvatoris

---

(21.) Menagius, Obs. et Em. in Diog. Laer. Vit. Demetrii Phalerei Lib. V. segm. 84.

(22.) Anna Comnena, Alexiad. Lib. V. X.

(23.) Mingarelli, Graec. Codic. Manuscr. ap. Nanios Patric. Ve=

Bononiae a se exscriptas. Consulendi du Cange, (24.) Labbè, (25.) Gesner, (26.) Lambecius, (27.) Fabricius, (28.) aliique. Nescio an hic Joannes idem sit cum Joanne illo, quem Siculum, sive Siceliotam vocant. Sane de Joanne Italo ait Anna Comnena: (29.) ὥρμητο μὲν. ἐξ Ἰταλίας, καὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ ἐφ᾽ ἱκανὸν διέτριψε = ex Italia originem duxit, et in Sicilia diu moratus est. = De Joanne Siculo dixi in Commentario de Vita, et Scriptis Hermogenis, §. XI.

---

netos, asservat. Cod. CCLXXXI. num. 123.

(24.) Du Cange, ad Ann. Comnen. Alexiad. Lib. V.

(25.) Labbè, Biblioth. nov. manuscr. Libr.

(26.) Gesner, in Biblioth.

(27.) Lambecius, Commentar. de Biblioth. Vindob. Lib. VII.

(28.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 45.

(29.) Anna Comnena, Alexiad. Lib. V.

# Observationes
# in Argumentum
# Athenaei Deipnosophistarum.

Ὑπόθεσις τῶν Ἀθηναίου Δειπνοσοφιστῶν) Auctor hujusce argumenti ille est, cujus παρεκβολαὶ = Excerpta = ex Athenaei Deipnosophistis adhuc extant manuscripta, editis tantum ex ipsis, libris duobus primis cum tertii parte, ad supplendum defectum Athenaei operis, qui initio caret. Male, post errantem Raphaelem Volaterranum, auctorem illius epitomes, Hermolaum a Suida vocari adfirmarunt, Carolus Stephanus, Lloydius, Hoffman, Morery. Sane de Hermolao haec tantum habet Suidas: (1.) Ἑρμόλαος, Γραμματικὸς Κωνσταντινουπόλεως, γράψας τὴν ἐπιτομὴν τῶν ἐθνικῶν Στεφάνου Γραμματικοῦ, προσφωνηθεῖσαν Ἰουστινιανῷ τῷ Βασιλεῖ = Her=

---

(1.) Suidas, Lex. art. Ἑρμόλαος.

molaus, Grammaticus Constantinopoleos, qui epitomen confecit Gentilium Stephani Grammatici, inscriptam Justiniano Imperatori. = Sed verisimiliter Stephani Byzantini epitomen cum illa Athenaei confusit Volaterranus. Athenaei epitome usum fuisse Eustathium observant Casaubonus, (2.) et Bentley. (3.) De illius auctore ita Casaubonus: = Si quis conjecturae locus est, putem confectam hanc epitome Constantinopoli ante annos quingentos et amplius hanc Epitomen, ab aliquo grammatico: qualis fuit Hermolaus Byzantius auctor eorum Excerptorum quae hodie pro Ἐθνικῶν Stephani libris in doctorum manibus versantur. Enimvero quicunque fuerit Eclogarius hic, neque eruditionis testiminium haud protritae testimonium illi denegare, neque excusare interdum negligentiam possumus. Culpas hominis non paucas suis locis necessariò indicabimus. Eruditionis verò multa passim in ejus verbis testimonia. = Argumentum huic epitomae praefixum, cum Athenaeo pluries prodiit. Illud latine vertit, qui totum Athenaei opus post Natalem Conti interpretatus est,

---

(2.) Casaubonus, Animadver. in Athen. Deipnos. Lib. I. Cap. 1.

(3.) Bentley, Dissert. de Epist. Phalarid.

Jacobus Dalechamps.

Ἀθήναιος) Athenaei meminere Stephanus Byzantinus, (4.) Harpocratio, (5.) Photius, (6.) Suidas, et Eustathius saepe, magni Etymologici auctor, (7.) ac Aristophanis Scholiastes. (8.)

Ὁ τῆς βίβλου πατὴρ) Locum hunc, ut elegantem commendat Casaubonus. (9.) Simili modo ait Synesius: (10.) ΠΑΙΔΑΣ ἐγὼ ΛΟΓΟΥΣ ἐγεννησάμην: et paulo post: ἀλλ' ἐπιγνοίη τὶς ἂν ὅτι ΠΑΤΡΟΣ εἰσιν ἑνὸς ἅπαντες. Sic et Clemens Alexandrinus: (11.) καλὸν δὲ οἶμαι καὶ παῖδας ἀγαθοὺς τοῖς ἔπειτα καταλείπειν, οἱ μέν γε παῖδες σώματος, ψυχῆς

---

(4.) Stephanus Byzantinus, de Gent. art. γάγγρα, γαιτοῦλοι, τῆνος, ἰβηρία.

(5.) Harpocratio, Lex. art. ναῒς.

(6.) Photius, Biblioth. Cod. CLXI.

(7.) Etymologicum magnum art. βράβηλα.

(8.) Scholiastes Aristophanis, ad Plut. vers. 1111. ad Nub. ver. 109. ad Pac. ver. 1243. (9.) Casaubonus, Animad. in Athen. Deipn. Lib. I. Cap. I.

(10.) Synesius, Epist. I.

(11.) Clemens Alexandrinus, Strom. Lib. I.

δὲ ἜΓΓΟΝΟΙ οἱ ΛΟΓΟΙ.

Δειπνοσοφιστὴς δὲ ταύτῃ τοὔνομα) Legebat Dalechamps: Δειπνοσοφισταὶ = Deipnosophistae =, quam lectionem probat Casaubonus. (12.)

Λαρήνσιος) Male, ait Fabricius, (13.) scribunt docti: = Laurentius =. Id fecerat et ὁ πάνυ Casaubonus.

Τῆς ἐν τῷ λόγῳ παρασκευῆς) Scribit Dalechamps: τῆς ἐν τῷ δείπνῳ παρασκευῆς. Sed nulla est locum emendandi necessitas, ut Casaubonus (14.) ostendit.

Δῆθεν) Notandam ait hanc particulam Casaubonus, atque ab auctore adhibitam ut significaret Deipnosophistas ad coenam revera haud venisse, conviviumque ab Athenæo totum esse confictum.

Μασούριος νόμων ἐξηγητὴς) Notus est Masurius Sabinus Jurisperitus, Tiberio imperante clarus, de quo peculiari

---

(12.) Casaubonus, Animadv. in Athen. Deipn. Lib. I. Cap. 1.

(13.) Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. IV. Cap. 20. § 6. in not.

(14.) Casaubonus, Anim. in Athen. Deip. Lib. I. Cap. 1.

(15.) Idem, l. c.

scripto disseruit Moller.

Καὶ τὴν ἐγκύκλιον) Quid cyclicae disciplinae nomine veteres significare vellent docet manuscriptus Dionysii Thracis Scholiastes, ita scribens: Ἐγκύκλιοι δέ εἰσιν τέχναι, ἃς ἐννοίας λογικὰς καλοῦσιν, οἷον Ἀστρονομία, Γεωμετρία, Μουσικὴ, Φιλοσοφία, Ἰατρικὴ, Γραμματικὴ, Ῥητορικὴ. Ἐγκυκλίους δὲ αὐτὰς καλοῦσιν, ὅτι τὸν τεχνίτην διὰ πασῶν αὐτῶν ὁδεύοντα, τὸ χρειῶδες ἀφ' ἑκάστης εἰς τὴν ἑαυτοῦ εἰσάγειν διδάσκουσι. Lexicon ineditum voce Ἐγκύκλιος, haec habet: Ἐγκύκλιος· ἡ γραμματικὴ· ἡ ποιητικὴ· ἡ ῥητορικὴ· ἡ φιλοσοφία· ἡ μαθηματικὴ· καὶ πᾶσα τέχνη, καὶ ἐπιστήμη· διὰ τὸ περιϊέναι ταῦτα τοὺς σοφοὺς ὡς διά τινος κύκλου. = Cyclica: Grammatica, Poetica, Rhetorica, Philosophia, Mathematica, et ars omnis, ac scientia: eo quod sapientes haec veluti per circulum quemdam circumeant.

Καὶ Ζωΐλος) Idem forte est hic Zoilus cum illo, quem laudat magni Etymologici auctor, (16.) Cedrasensem eum vocans.

Κατέτρεχε) Sic recte legi ait Casaubonus, (17.) rejiciens vo-

---

(16.) Etymologicum magnum art. ἀῷος.

(17.) Casaubonus, Anim. in Athen. Deip. Lib. I. Cap. 1.

cem κατῆρχε, quae magis placet nonnullis.

Κεῖται, ἢ οὐ κεῖται;) Ita membranae. Edebatur: κεῖται, ἢ ποῦ κεῖται; = extat, vel ubinam extat? = Mavult Casaubonus: (18.) κεῖται ἢ οὐ κεῖται, καὶ ποῦ κεῖται; = Extat ne, an non extat, vel ubinam extat? = Sed nihil immutandum judico.

Ἐπὶ τῶν ἐδωδίμων βρωμάτων) Placet Casaubono: ἐπὶ τοῦ ἐδωδίμου βρώματος, vel potius: ἐπὶ τοῦ τῶν ἐδωδίμων βρωμάτων.

Ὃς τοσαῦτ' ἐκδέδωκε συγγράμματα φιλόσοφά τε, καὶ ἰατρικὰ) Legendum suspicabatur Casaubonus: (19.) φιλόσοφά τε, (vel φιλοσοφικὰ,) καὶ φιλολογικὰ, καὶ ἰατρικὰ = philosophica, philologica, et medica: = Mirum enim sibi videbatur, argumenti hujusce scriptorem, illud operum Galeni genus praeteriisse, quod praecipue adfine est Athenaei scripto.

---

(18.) Idem, l. c.

(19.) Idem, l. c.

# Observationes

# In C. Sollii Sidonii Apollinaris Sidonii Epistolam.

C. Sollii Apollinaris Sidonii Epistola) Sidonii e veteribus meminere Gennadius, (1.) et Gregorius Turonensis. (2.) Tres illi libros de statu animę Claudianus Mamertus inscripsit, variasque ad eum epistolas misit Rupinus, Ruricius, quae adhuc extant. Sidonium memorant etiam Joannes Sarisberiensis, (3.) Alanus, (4.) et Trithemius. (5.) E recentioribus de illo agunt, Sirmondus, (6.) Sava=

---

(1.) Gennadius, de viris illustr. Cap. 92.

(2.) Gregorius Turonensis, Hist. Franc. Lib. II. Cap. 22.

(3.) Joannes Sarisberiensis, in Policrat, et Metalog.

(4.) Alanus, Anti-Claudian. Lib. III.

(5.) Trithemius, de Scriptor. Ecclesiast.

(6.) Sirmondus, in Vita S. Sidonii Episcopi Avernorum.

ron, De la Baune, (7.) Tillemont, (8.) Cave, Fabricius, (9.) aliique. Ejus extant, praeter caetera, Epistolae novem in libros distributae, quarum prima hic exhibetur.

Sidonius Constantio Suo Salutem) De hoc Constantio, ad quem extant et aliae Apollinaris epistolae, consulendus Isidorus Hispanus. (10.)

Q. Symmachi) De Q. Aurelio Symmacho, nobilissimo saeculi quarti Oratore, videndi, Macrobius, (11.) Chalcidius, (12.) Ausonius, (13.) Ammianus Marcellinus, (14.) Prudentius, (15.) Am-

---

(7.) De la Baune, Praef. ad Sirmond. Op. tom. I. num. 11.

(8.) Tillemont, Mem. pour servir à l' Hist. Eccles. S. Sidoine Ou Apollinaire Sidoine, Evesque de Clermont en Auvergne.

(9.) Fabricius, Biblioth. lat. sive Notit. auctorum veterum latin. Lib. III. Cap. ~~14.~~ §. 4. seqq.

(10.) S. Isidorus, de Viris illustr. Cap. 4.

(11.) Macrobius, Saturnal. Lib. V. Cap. 1.

(12.) Chalcidius, Commentar. in Platon. Timaeum.

(13.) Ausonius, Epist. 17.

(14.) Ammianus Marcellinus, Histor. Lib. XXVII. Cap. 3.

(15.) Prudentius, in Symmach.

brosius, (16.) Prosper, (17.) Augustinus, (18.) Sidonius ipse alibi, (19.) Cassiodorus, (20.) Photius, (21.) Socrates, (22.) Alanus, (23.) et Codices Theodosianus, ac Justinianeus.

Praesumptiosis) Sirmondi editio habet: = praesumptiosis.=

Silere me in stylo epistolari) Alii legunt: = silere me in stylo epistolari.=

Julius Titianus.) Duo eodem tempore fuere Titiani, ut patet ex his Capitolini (24.) verbis: = Grammatico latino usus est (Maximinus Junior) Philemone: Jurisperito Modestino: Oratore Titiano filio Titiani senioris, qui Provinciarum libros pulcherrimos

---

(16.) S. Ambrosius, Epist. Lib. II. ep. 2.

(17.) Prosper, de promission. Lib. III. Cap. 38.

(18.) S. Augustinus, Confession. Lib. V. Cap. 13.

(19.) Sidonius Apollinaris, Epist. Lib. II. ep. ii. Lib. VIII. ep. 10. Carmine IX. ver. 301.

(20.) M. Aurelius Cassiodorus, Epist. Lib. XI. ep. 1.

(21.) Photius, Biblioth. Cod. LXXX.

(22.) Socrates, Hist. Eccles. Lib. V. Cap. 14.

(23.) Alanus, Anti-Claudian. Lib. III.

(24.) Julius, Capitolinus, in Vita Maximini Junioris.

scripsit, et qui dictus est Simia temporis sui, quod cuncta imitatus esset. = Ita adpellatum fuisse Titianum refert etiam Sidonius hac in Epistola, unde patet, auctorem operis Provinciarum, eumdem esse cum illo, de quo ipse Sidonius. Verum haud satis constat an Capitolinus Provinciarum libros scriptos intellexerit a seniore Titiano, vel ab hujus filio Maximini magistro. De seniore, qui saeculo secundo declinante vixisse videtur, Capitolini verba adcipit Sirmondius, Titianumque illum, eumdem putat cum Julio Oratore, cujus libellum cosmographicum laudat Cassiodorus; (25.) Titiano, cujus Chorographiam, (26.) et Themata Virgilii (27.) memorat Servius; illo item cujus opus de agricultura citatur a Diomede; ac tandem Titiano, cujus meminisse existimat Isidorum Hispanum (28.) ita scribentem: =Haec autem disciplina (rhetorica) a graecis inventa est a Gorgia, Aristotele, Hermagora: et translata in latinum, a Tullio videlicet, et Quinctiliano, et Titiano. = Sed postrema verba: = et Titiano =

---

(25.) M. Aurelius Cassiodorus, de Institut. Divin. Litter. Cap. 25.

(26.) Servius, ad Virgil. Aeneid. Lib. IV. vers. 42.

(27.) Idem, ad Virgil. l. c. Lib. X. vers. 18.

(28.) S. Isidorus, Origin. Lib. II. Cap. 2.

male in Isidorum irrepsisse putant Chacon, et Grial, (29.) repetitis librario~~rio~~rum negligentia, ac vitiatis ultimis =Quinctiliani= syllabis.= Ideo in praestantissima Isidori editione, Faustini Arevali curis peracta, verba illa: =et Titiani= omissa fuerunt. Alibi vero Isidorus (30.) reapse Titianum laudat: =Has (Amazones) Titianus unimammas dicit.= Putat Sirmondus, Titianum seniorem eumdem esse cum illo quoque Titiano, quem fandi artificem vocat Ausonius, (31.) ejus Apologos memorans. Sunt vero qui arbitrentur, auctores illos, quos ad seniorem Titianum respexisse censet Sirmondus; juniorem potius indicasse. Cum Sirmondo tamen sentit Casaubonus. (32.) Sed perspicuum est de hac nil certo statui posse, cum tota quaestio pendeat ex ambiguis Capitolini verbis. Ad juniorem Titianum Maximini magistrum, certum est respexisse Ausonium, (33.) cum ait: =Quomodo Titianus magister, sed gloriosus ille municipalem scholam apud Visontionem,

---

(29.) Grial, ad S. Isidor. l. c.

(30.) S. Isidorus, Orig. Lib. IX. Cap. 2.

(31.) Ausonius, Epist. 16.

(32.) Casaubonus, ad Jul. Capitolin. Vit. Maximini Junioris.

(33.) Ausonius, Gratiarum act. pro Consulatu ad Gratian.

Lugdunumque variando, non aetate quidem, sed vilitate consenuit. = Postumii cujusdam Titiani Oratoris, pronepotis, et sectatoris M. Postumii Festi Oratoris, mentio est in veteri inscriptione. De Postumio illo Festo, M. Cornelii Frontonis aequali, consulendus Aulus Gellius. (34.)

Cur veternosum) Ita editio Sirmondi. Alii legunt: = cum veternosum. =

Lividorum latratuum) Scribunt alii: = lividulorum. =

Percopiosis scaturientia sermocinationibus multiplicabuntur) Alii inverso ordine legunt: = multiplicabuntur percopiosis scaturientia sermocinationibus. =

---

(34.) Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. XIX. Cap. 13.

Finis.

# Index

Illustrium doctrina Virorum, de quibus hoc Volumine actum est.

Majores numeri Commentarios, minores Commentariorum ſectiones deſignant; ſi O. praemiſſum habeant, Obſervationum paginas denotant.

## A.

Adrianus Sophista V. Hadrianus.
Alexander Cotyaeus. II. 6. 12.
Alexander Polyhistor Milesius. II. 6.
Anonymi. II. 12. III. 10. 11. O. 253.
Antiochus Sophista. III. 5.
Antoninus. (M. Aurelius) II. 5. 6. 9. 12. III. 3. 4. IV. 5. 6. 7. 13. O. 242.
Aphthonius. III. 12.
Apollinaris. III. 10.
Apollinaris Sidonius. (C. Sollius) V. Sidonius.
Apollinaris. (Sulpitius) IV. 8. 12.

Apollonius Tyanensis. I. 6. O. 240.

Apsines. III. 9.

Aristides. (Aelius) II. 1. seqq. Aristides alius. II. 7. seqq.

Aristocles. II. 6.

Aspasius Byblius. II. 3.

Aspasius Ravennas. O. 240.

Athenaeus. O. 253. 255.

B.

Brutus. (M.) O. 240.

C.

Cajanus. III. 9.

Camariota. (Georgius) III. 13.

Camariota. (Matthaeus) III. 13.

Capito. II. 12.

Celsinus. (Julianus) IV. 8.

Constantius. O. 260.

D.

Demetrius Phalereus. O. 248.
Demetrius Phavorini amicus. O. 248.
Dio Alexandrinus. I. 11.
Dio Ariſtidis amicus. I. 11. II. 7.
Dio Caſsius. I. 4. 11. 14.
Dio Chryſoſtomus. I. 1. ſeqq.
Dio Commentator. I. 11.
Dio Heracleotes. I. 11.
Dio Philoſophus. I. 11.
Dio Thytes. I. 11.
Dionyſius Halicarnaſseus. O. 250.
Doxopater. (Joannes) III. 11.

E.

Epiphanius Petraeus. III. 10.
Eteoneus. II. 7. 12.
Eudaemon. II. 2.

Euphrates. I. 6.
Eusebius Scholasticus. III. 13.

F.

Festus. (M. Postumius) IV. 8. 0. 264.
Frontinus. (Sextus Julius) IV. 7. 13.
Fronto. (M. Cornelius) IV. 1. ſeqq.
Fronto Emisenus. IV. 9.

G.

Gellius. (Aulus) IV. 8. 11.
Gemistus Pletho. (Georgius) III. 13.
Genethlius. III. 9.
Georgius Camariota V. Camariota. (Georgius)
Georgius Corinthi Metropolita V. Gregorius.
Georgius Diaereta III. 11.
Georgius Gemistus Pletho V. Gemistus.
Georgius Pachymeres V. Pachymeres.
Gregorius Corinthi Metropolita. III. 11.

H.

Hadrianus Sophista. II. 10.
Hermogenes Geographus. III. 9.
Hermogenes Historicus. III. 8.
Hermogenes Tarsensis Senior. III. 2. 8.
Hermogenes Tarsensis Junior. III. 1. seqq.
Hermolaus. O. 253.
Herodes Atticus. II. 5. 8. 10. O. 243.
Herodes Poeta. II. 5.
Himerius. II. 11.

J.

Jamblichus. III. 11.
Joannes Doxopater V. Doxopater.
Joannes Geometra. III. 11.
Joannes Italus. O. 251.
Joannes Siculus. III. 11. O. 252.
Julianus. III. 10.
Julianus Imperator. O. 252.

## L.

| | |
|---|---|
| Libanius. | II. 11. 12. III. 6. |
| Longinus. (Cassius Dionysius) | III. 11. IV. 3. |

## M.

| | |
|---|---|
| Major. | III. 9. |
| Marcellinus. | III. 10. |
| Masurius. | O. 256. |
| Matthaeus Camariota V. Camariota. (Matthęus) | |
| Menander Rhetor. | III. 12. |
| Metrophanes Eucarpiensis. | II. 12. III. 12. |
| Metrophanes Lacharis ἔκγονος. | II. 12. |
| Metrophanes Lebadiensis. | II. 12. |
| Minucianus. | III. 9. |
| Minucius Felix. | IV. 2. |
| Musonius Hermogenis discipulus. | III. 4. |
| Musonius Stoicus Senior. | III. 4. |

Musonius Stoicus junior. III. 4.

N.

Nicagoras. III. 9.
Nicostratus. II. 3.

P.

Pachymeres. (Georgius) III. 13.
Phalereus (Demetrius) v. Demetrius Phalereus.
Phavorinus. I. 6. IV. 6. 8. 12.
Philostrati duo. O. 239.
Pletho (Georgius Gemistus) v. Gemistus.
Plutarchus. I. 12.
Polemo. I. 6. II. 4.
Porphyrius. II. 10. III. 10.
Priscianus. III. 8.
Proclus. III. 10.

S.

Sabinus. II. 10.
Sergius Zeugmatensis II. 10.
Sidonius. (C. Sollius Apollinaris) O. 259.
Silvanus. III. 13.
simplicius. III. 11.
Socrates Historicus. III. 13.
Sopater Apameensis Jamblichi discipulus. II. 12. III. 10.
Sopater Apameensis Sophista. II. 12. III. 10.
Sopater Scriptor de Ursis. III. 10.
Symmachus. (Q. Aurelius) O. 260.
Synesius. I. 14.
Syrianus. III. 10. 11.

T.

Theophrastus. O. 247.
Theophylactus Bulgariae Archiepiscopus. O. 245.
Titianus Senior. O. 261.
Titianus Junior. O. 261.

Troilus. III. 13.
Tzetzes. III. 11.

V.

Ulpianus. III. 10.

Z.

Zoilus. O. 257.